

fitur, atque ita apud coheret, ut nequeat dissolui
 ylo modo, nisi ab eodem à quo est colligatum.
 Quator igitur earum rerum quamlibet integra mū-
 dus accepit. Ex omni quippe igni, aere, aqua, terra,
 ipsius fabrica ita ipsam cōposuit, ut nulla cuiusquam
 illorum parte aut vim extra relinqueret. Idem ex ra-
 tione fecit, primū quidem, ut totū hoc animal quam
 maximē perfectū ex perfectis partibus esset. Dein-
 de ut esset vñ, cum nihil extra relictū fuerit, ex quo
 alterum generetur. Postremo ne quis ipsum mor-
 bus aut senectus attingeret. Videbat enim eam esse
 naturam corporis, ut importuna caloris vel frigoris
 aliarumq; rerū nimis vehemētium accessione laeda-
 tur, & in morbos senitūq; impulsū deficiat. Quam
 ob causam rationē inq; num totū ex omnibus totis
 & perfectis perfectū, morbi & senectus expertem
 deus mundū constituit, Cui & figurā maximē con-
 gruat & decoram dedit. Animal quippe hoc, quod
 intra suum ambitū erat animalia omnia contentu-
 rum, eam figurā præcipuē requirebat, in qua figurā
 omnes cōtinerentur. Quapropter sphericū fecit, in
 quo omnis extremitas paribus à medio radiis attingi-
 tur, & ita tornavit, ut nihil effici possit rotun-
 dius, omāēq; partes essent omnū simillimae. Puta-
 bat enim simile dissimili multo pulchrius esse. Le-
 uem præterea hūc globū extrinsecus vñdīq; expoli-
 uit. Nec immeritō. Nec enim oculis indigebat, quia
 nihil extra quod cerni posset, relicū erat. Nec au-
 ribus, cū nihil superesset foris quod audiretur. Nec
 erant aere circūfusa externa mundi, ut respiratio-
 ne requiret. Nec membris quidem talibus opus erat,
 per quae noua alimenta susciperet, aut decocti cibi
 excrementa emitteret: nulla decessio fieri poterat,
 nulla accessio. Nec enim erat aut quo, aut vñdē talia
 fierēt. Ipsum enim se cōsumptione & senio suūpius
 alit. Ita nempe diuina arte fabricatus est mundus, ut
 omnia in seipso & à seipso patiatur, & agat. Ratus
 enim est ille autor, mundū si sibi ipse sufficiat, præ-
 stantiorē fore, quā si aliorū administrulis egeat. Nec
 ei manus necessarias esse duxit, quia neq; capiendū
 quicquā erat, neq; repellendū. Nec pedibus, aut aliis
 ad progressum statūmue membris opus erat. Motu
 enim illi congruum suo corpori tribuit, qui ex septē
 motibus vnus ad mentem maximē & intelligentiā
 pertinet. Ideoq; cum illum per eadem, & in eodē, &
 in seipso circūduxisset, effecit ut circulari cōuer-
 sione moueretur. Sex autem reliquos motus separauit
 ab eo, & ab eorū errore & peruagatione penitus li-
 berauit. Ad hanc igitur conuersionem quæ pedibus
 non egebat, cura pedēq; non dedit. Cum hæc igitur
 deus ille qui semper est, de aliquando futuro deo
 cogitaret, leuē eū effecit æqualemq; & à medio ad
 summum vñdīq; partē corpūq; ex corporibus totis
 & perfectis totū atq; perfectū. Animā autem in eius
 medio collocatū, p̄tēq; totū tetendit, atq; ea cor-
 pus ipsum etiam extrinsecus circūtexit, mundūq;
 hunc vñ & solū, solitariūq; & circularē volui in
 circūlū statuit, qui propter virtutem secū ipse facilē
 coercere possit, nullius alterius indigēs, fati que ipse
 sibi notus atq; amicus. Ita que omnibus his de causis
 mundū opifex eius beatū deum effecit: sed animam
 haud ita, ut modō dicere cōpimus, tum deniq; cum
 corpus ei effecisset, procreauit. neque enim qui hæc
 coniuñxit, parere iuniorū antiquius permisisset. Sed
 nos multa vt pote fortunæ participes inconsideratē
 & temerē loquimur. Ille verō tā generatione quam
 virtute priorē antiquiorēq; animam corpore cō-



Mundus
ex tota
matéria
constat.

Senium
& mor-
bus ab
extremis
causis
ambus
vide mū-
dum esse
ceterum
à deo cō-
stitū nō
à mate-
ria.

Motus
localis
septem
species.

Partes
substan-
tiae ani-
mæ.

statuit, ut pote que obediens corpori esset impera-
 tura, ex his videlicet, atq; hoc pacto. Ex ea subtili-
 tate in diuidua, & semper eadē similitudine est, & ex ea
 rariis quæ circa corpora diuidua sit, tertiam sub-
 stantiā ipse cōmūscuit mediā, quæ rursus esse
 nature ipsius eisdem, & nature ipsius alterius par-
 ticipes, eamque per hæc mediā constituit inter in-
 diuiduam substantiam,



& eam quæ circa cor-
 pus diuiditur. Ea cum
 tria simplices in vnam
 speciem omnia temper-
 ratur. Vbi naturam eius
 quod alterū diuersum
 quæ vocamus, commix-
 tione repugnantē, cum
 eo quod idem dicitur
 vi quadam conciliatū.
 Postquam verō duo il-
 la cum substantia com-
 munit, & ex tribus v-
 num fecit, rursus id to-
 tum in ea quæ decuit
 membra partitus est,
 quorum quodlibet ex
 tribus, eodem, altero,
 substantiæque cōstaret.
 Fuit autem talis illa par-
 titio. Vñ principio ac-
 cepit ex vniuerso por-
 tionem. Secundam au-
 tem primæ partis du-
 plam. Deinde tertiam,
 quæ secunda sesquial-
 tera esset, primæ tripla.
 Postea quartam, secun-
 dæ duplam. Quintam
 deinceps, tertie triplā.
 Sextam primæ octuplam. Postremo septimam, quæ
 partibus sex & vngintā primam excederet. Post hæc
 dupla & tripla interualla repleuit, partes rursus ex
 toto dissecans: quas interuallis ita locauit, ut bina
 essent in singulis media, siue vt ita dixerim, medie-
 tates: quarum vna eadem parte excedit alterum
 extremorum, eadem ab altero superatur. Altera
 medietas pari numero extremum vnum superat,
 pari superatur ab altero. Cum verō sesquialtera
 interualla, sesquitercia & sesquioctaua simplices,
 ex his nexibus in primis spatii, sesquioctauo in-
 teruallo sesquitercia omnia explebat, particula sin-
 gulorum relicta. Huius autem particule interuallo
 relicto, eandē habebatur numeri ad numerum in
 terminis comparatio, quæ est inter ducentos quin-
 quaginta sex, & ducentos quadraginta tres. Iam
 vero commixtum illud vñdē ista fecerant, totum
 huiusmodi partium sectione consumptū erat. Tunc
 seriem hanc vniuersam in longum fecuit, & ex vna
 duas fecit mediāque medie in speciem x, Græcæ
 literæ accommodauit. Deinde in orbem intorsit,
 quoad ita coirent inter se capita, vt lineæ ipsæ & sec-
 cum & se inuicem eregione interfectionis ipsius
 coniungerentur: atque eo motu qui in eodem &
 similiter semper reuoluitur, vñdīque est eas cir-
 complexus: & circularum alterum exteriorē,
 interiorē alterum fecit. Exteriorē quidem lat-
 tionem eiusdem nature, interiorē verō alterius
 nominauit, atque illam quæ erat ipsius eiusdem
 nature

De geni-
tura tem-
poris.

nature cognata, in latius dextram partem: eam
 verō quæ alterius, per diametrum ad leuam flexit.
 Sed principatum dedit eisdem ipsius similitudine agi-
 tationi. Eam namq; solam indiuisam reliquit, inte-
 riorē verō cum sexies diuisisset, septēmq; orbis
 æquales dupli & tripli interuallis effecisset, singula
 cum tria sint, vñdīque contrariis inter se cōsibus or-
 bes peragere iussit, & ex septem interioribus tres
 quidem pari celeritate, quatuor vero & ad se, & ad
 reliquos tres celeritate quidem impari, debita tamē
 ratione conuertit. Postquam igitur secundum crea-
 toris illius mentem tota animæ constitutio absolu-
 ta fuit, mox omne corporeum intra ipsam effinxit,
 mediūq; mediæ accommodans apto modulami-
 ne copulauit. At illa à medio per omne vsq; ad eceli
 extrema se porrigenis, equo extrinsecus circūfusa,
 seq; in seipsa conuertens, ita sempiternæ sapientisq;
 vitæ in vniuersum tempus diuinum dedit exordium.
 Et corpus quidem celi spectabile factum est: anima
 verò oculorum effugit obtutuū, rationis & modu-
 laminis compos ab autore suo omnium quæ sem-
 per sunt, & ad intelligentiam pertinent optimo, ipsa
 quoq; optima omniū que genita sunt effecta. Quo-
 niā igitur ex tribus partibus, eodē scilicet, & altero,
 & essentia cōstata est, ratione proportionis distincta
 atq; compacta, necnon in seipsa orbe reflectitur,
 quoties aliquid attingit quod essentiam diuiduam
 habet & quod indiuiduam, in seipsam omnino con-
 uersa quid sit vñdīque, discernit, & cui quid idem sit,
 à quo alterum & diuersum, ad quid quæque, & vbi,
 quomodo, & quādo esse huiusmodi aliquid vel pati
 contingat, tam in his quæ gignuntur, quam in illis
 que semper sunt eadē. Ratio porro ad ipsum quod
 idem est vergens atque veridica, tam circa alte-
 rum, quam circa idem versata, & sine sono strepitu
 quando ad sensibile aliquid se conuertit, sit tunc etiā
 alterius diuersæq; nature circulus recte per omnem
 ipsius animam rem ipsam nunciat, opiniones fidei
 que assensionis firmas veritatemque producit. Quando
 rursus circa rationale se versat, & ipsius quod idem
 est circulus se apte reuoluens rem denūtiat, intelle-
 ctus necessarii scientiæque perficitur. Hæc quisquis
 in alio quam in anima fieri dixerit, à vero penitus
 aberrabit. Cum igitur hoc à se factum sempiterno-
 rum deorum pulchrum simulachrum moueri & vi-
 uere pateat illi qui genuit animaduertent, delecta-
 tus est opere, & hæc ductus læticia opus suo multo
 etiam magis primo illi exemplari simile readere co-
 gitauit. Itaque quemadmodum illud sempiternum
 animal est, ita vniuersum hoc pro viribus tale face-
 re instituit. Illius quidem animalis æterna natura est:
 quod genito operi congruere omnino non potest,
 Idcirco imaginē xui mobilem effingere decreuit, ac
 dum cælum exornaret, fecit æternitatis in vnitatem
 manentis æternam quandam in numero fluentem
 imaginem, quam nos tempus vocauimus. Dies por-
 tō & noctes, & menses, & annos, qui ante cælum non
 erant, tunc nascente mundo nasci iussit, quæ omnia
 temporis partes sunt. Atqui erat & erit, quæ nati
 temporis species sunt, non recte æternæ substantiæ
 assignamus. Dicimus enim de illa, est, erat, & erit.
 Sed illi reuera solū esse competit. Fuisse verō & fore
 deinceps, ad generationem tempore proceden-
 tem referre debemus. Motus enim quidam duo illi
 sunt. Æterna autem substantia cum eadem semper
 & immobilis perseueret, neque senior seipsa sit vñ-

quam neq; iunior, neque fuit hæcenus, neque erit
 in posterum, neque recipit eorum quicquam, qui-
 bus res corporeæ mobiliæque ex ipsa generationis
 conditione fabricantur. Nempe hæc omnia tem-
 poris imitantur æuū, scilicet numero reuoluentis,
 species sunt. Sæpe etiam dicimus quod factum est,
 esse factum: quod fit, in generatione esse: quod fiet,
 esse faciendum: & quod non est, non esse. Quorum
 nihil recte & exacta ratione dicimus. Sed exquisi-
 tam de his discussionem præfens disputatio non re-
 quirat. Tempus verō vñ cum cælo factum est, vt
 vñ orta, vna etiam dissoluatur, siquæ his dissolu-
 tio vñquam contigerit. Er ad exemplar præstantio-
 rum ideo factum est, vt mundus hic illi præstantio-
 ri quoad potest simillimus sit. Ille enim mundus, hæc
 exemplar omne per æuū est. Hic vero perpetu-
 tō per omne tēpus fuit, estq; solus, & erit. Hac ra-
 tione consilioque dei tempus creare volentis, Sol &
 Luna, & alie quinq; stelle quæ vocantur errati-
 cæ, factæ sunt, quo temporis numerus distingueretur
 atque obseruetur. Cum verō stellarum huiusmodi
 corpora septem fecisset deus, septem orbibus qui al-
 terius ipsius diuersæq; nature circuitu voluuntur
 adhibuit. Lunam in primo supra terrā circuitu po-
 suit. In secundo Solem. Luciferi deinde globum, &
 Mercurij sacrū, vt dicitur, sydus circulus affixit, So-
 li vlocitate æqualibus, potentia verō illi contrariis.
 Quo fit vt apprehēdant se inuicem, & à se vicissim
 apprehendantur similiter hæc stelle, Sol, Lucifer, &
 Mercurius. Cæterarum stellarum ordinem progres-
 siusque & rationes itiquis omnino percurrere velit,
 plus erit opere ipso, quod operis gratia sumetur.
 Hæc enim sortē à nobis pro dignitate rei alias si da-
 bitur orationi, tractabuntur. Postquam verō singu-
 la quæ ad seriem temporis pertinebant, conuenien-
 tem sibi progressum sortita sunt, corporaq; nexi-
 bus compacta vitalibus animalia euaserunt, præ-
 scriptum tenorem & institutum ordinem reuolu-
 runt: vt videlicet secundum alterius diuersæq;
 nature obliquam agitationem eiusdem ipsius agi-
 tationi subiectam, orbis illi partim amplio-
 rem, partim angustio-rem circulum peragant, & que mi-
 no-rem, velocius: quæ maiorem, tardius reuoluuntur.
 Secundum verō ipsam eiusdem nature latitudo-
 nem, quæ velocissime percurrunt comprahēden-
 tia, à tardioribus comprehenduntur. Omnes
 quidem eorum circulos superna illa vertigo varia
 circuitione reuoluens, propterea quod isti duo-
 bus simul contrariis motibus agitantur, id quod
 tardissimè ab ipsa quæ velocissima est recedit, pro-
 ximum declarauit. Vt autem esset quædam ve-
 locitatis illorum tarditatisque mensura certissima,
 omniumque octo motuum prodire in lucem chora,
 accidit lucem clarissimam deus in secundo à
 terra circulo, quam modō Solem vocamus. Cuius
 splendore cælum omne illustraretur, & ani-
 mantes omnes quæcunq; natura numeri capa-
 ces sunt, ipsius participes efficerentur, vsū nu-
 merandi dicentes ab illo eiusdem similitudine na-
 tura: circuitu. Hinc quoque notis dieique varietas
 orta est. Propter hæc etiam vnus sapientissi-
 musque circuitus reuolutio. Mensis vero prouen-
 tus, quando Luna illustrat circulo suo Solem con-
 secuta est. Anni, vbi Sol suum peragravit orbem.
 Cæterorum autem siderum ambitus ignorantes ho-
 mines præter admodum paucos, neq; nomine cer-
 to aut appellatione illos appellant, neque numeris
 inter

Hinc ruz
sus me-
p̄t Cicē
- rorum in-
terpreta-
tio quā
in his re-
bus vt
que.

inter se distinctis committuntur. Itaque, ut ita dixerim, nascuntur, horum peruationes id ipsum esse quod rite dicitur tepus, multitudine infinita & varietate mirabili praeditas. Est tamen intellectus facile, quod perfectus numerus temporis, perfecti sunt deum complecti annuum, cum octo ambibus cōfēctis suis curibus, quos orbis ille semper idem similitēq; procedens metitur, ad idem se caput retulerint. Has ob causas nata sunt ex astra, quae per caelam meantia conversiones habent, ut hoc omne animal quod videmus, esset perfectissimo animal illi: quod mēte perspicitur, et ceteris ita imitatione similitimum. Iam vero cetera vsque ad temporis ortum, ad imaginem propōiti exēplaris effinxerat. Sed quia mundus hic nondum animalia omnia intra suum ambitum continebat, ex ea parte desiciebat ad illud exēplum imaginis huius similitudo. Hoc igitur quod de erat, superius illius exēplo deus explebat. **Quint** igitur et quales mens ideas ite quod est animal inspicit, eisdem & tales hoc mundo contineri oportere excogitavit. Sunt autem quatuor. Vna quidem deorum caelestium genus continet. Alia volatile & aeriagam. Tertia aquae liquoribus accommodata. Quarta terrenorum animalium genus. Diuini quidem animalis speciei ex igni maxima ex parte componebat, ut splendidissimū esset visūq; pulcherrimum. Cūq; illud vniuersū figurē simile vellet fore, rotundum fecit, posuitq; in ipsius optimi sapientia, atq; illud sequi iussit, circūmq; omne caelū distribuit, ut verus illi vbiq; ex hac varietate ornatus accederet. Dedit autem diuinis duo genera motus. Alterum quo in eodem semper & similiter voluerent, cum de eisdem semper secum ipsi eadem cogitarent. Alterū quo in anteriorem partē ab eiusdem ipsius similitēq; vertigine duccerent. Reliquos autem quinq; motus ab his esse voluit alienos, ut vnum quodq; illorum, quod ad fieri potest, optimum esset. Quae ex causa facta sunt ultra illa erroris experientia, quae diuina animalia sunt, propterea q; in eodem semper circuitu perseverant. Quae vero vaga sunt, & mutabiliter labuntur, ita deinceps ut supra diximus, generata sunt. Terrā autem aethere nostrā circa poli per vniuersum extensum alligatam, dici noctisq; effectū & custodem esse voluit, nec non primam antiquissimāq; deorum omnium qui intra caelum sunt geniti. Horum verō deorū choras, & inter ipsos concursiones, circularūmq; ipsorum reuolutiones varias & accessus, quales praeterea fiant coniuncti sibi inuicē vel oppositi, sive autē inter se, sive retro, quidē ex illorum serie nobis proueniat, quibus temporibus & quo pacto delitescant singuli, vel emergant, quidē portendant quando orientes hominibus harum rerum peritis timorem incutiant. Haec inquam omnia absque diligenti simulachrorum ipsorū inspectione explicare velle, inanis est labor. Sed de his factis, & iam quae de natura deorum illorum qui tales geniti sunt ut cernantur, dicenda erant, finem habeant. Ceterorum verō qui demones appellātur, & cognoscere & enuntiare ortū, manus est opus, quam ferre nostrum valeat ingenium. Praefix itaq; viris hac in re credendū est, qui diu geniti ut ipsi dicebant, parentes suos optimē nouerāt. Impossibile sanē deorum filius fidem non habere, licet nec necessitas, nec verisimilibus rationibus eorum oratio cōfirmetur. Verum quia de suis ac notis rebus loqui se affirmabant, nos legem secuti fidem praestabimus. Sic igitur ut ab his est traditū, horum

Genera animalium.

Quatuor autem animalium.

Terram tranquillissimam deorum omnium qui intra caelum sunt.

deorū generatio habetur atq; dicitur. Terra caeliq; filij Oceanus & Tethys fuisse traduntur. Abus Phoreyn, Saturnus & Rheha hēnti, & eliqui horum fratres. Ex Saturno & Rheha Iupiter, & Iuno, & reliqui, quos eorum fratres quod die memorati audimus, nati dicuntur. Ex his deinceps, ut traditū est, Politiāq; orti sunt omnes, & qui caelo, voluuntur diu nostris oculis manifesti, & qui caelestis nobis cōspicui fuerunt, quatenus ipsi volūt, itum ad eos mundi genitor ita fatur: **Dij** orti ex diis, quorū opifex ego & pater sum, haec attendite. Quae a me facta sunt, me ita volente indissolubilia sunt. Omne siquidem quod vidētum est, solui potest. Sed mali est, quod pulchre cōpositum est, seque habet bene, velle dissolueri. Quae propter quae generati estis, immortales quidem & indissolubiles omnino non estis. Nec tamen vnam dissolucimā, nec mortis fatum subibitis. Nam voluntas mea maius praestantissimūq; vobis est vinculum ad vitae custodiam, quam nexu illi, quibus estis. tunc cum gignebamini, colligati. Sed nunc iam quid iubeam, cognoſcite. Tria ad huc genera mortalium nobis generanda essant, absque horum generatione caelum imperfectum erit. Omnia enim animalium genera ambitu suo non continebit. Contineat autē oportet, si est mundus omnino perfectus futurus. Haec verō si a me fiant solo, vitāque donentur, diis ad ea quabuntur. Quae propter accedite vos secundum naturam ad animalium generationem, ita ut vim imitemini meam, qua in ortu vestro sum visus. Atque eius quidem animalis quod in ipsis tale futurum est, ut cum immortabilibus appellatione conueniat, diuinūmq; vocetur, principatūq; teneat, & iustitiam simul ad vos vltro collat, ego vobis semen & initium tradam: vos cetera exequi par est, ut immortali naturae mortalem atextentes, faciatis generisq; animalia, subministratēq; alimenta augetis, & consumpta rursum recipiatis. Haec factus, in eodem rursum cratere, in quo mundi totius animam per mīscens temperauerat, superioris temperationis reliquias mīscendo perfudit, modo quodam eodem, non tamen perfectas similitē, sed & secundo & tertio gradu a primis deficientes. Denique cum vniuersum constituisset, aistris partem numerum distribuit animalium, singulis singulari adhibens, eisque tanquam vehiculo impositis monstravit vniuersū naturam, ac leges fatales edixit: ostendens quidem primam omnibus generationem ordine quodam vnam fore, nequis ab eo minus aliquid sortiat. Satis autem & quasi sparsis animis per singula singulis cōuenientia temporū instrumenta, fore ut animal nasceretur, quod omnium animalium maximē esse diuino cultui deditum. Esse autem naturam hominis geminam: cuius id genus fore praestantius, quod viri nomine sit appellandum. Cū verō animae corporibus necessitate quadam inferte fuerint & corporibus earum accesserit aliquid, vicissimque abcesserint, primum vtique necessariū sensum vnum omnibus intinuit, & naturae coniunctum illic violentis passionibus excitari, deinde voluptate & dolore mixtum amorem, post haec metum & iram, & quae vniūque vel illa sequuntur, vel ab istis ut contraria dissident. Haec qui superauerint, eos iuste victuros, iniuste vero qui ab his fuerint superati. Atque illum qui rectē curriculum viuendi a natura datum confecerit, ad illud altrum cui accommodatum fuerit, reuertitur, beatam vitam aditurum.

Cum generati animalia sunt, ut in illis.

Contra

Contra verō agentē, cogi in ortu secundo sexu mutato fieri mulierem. Et qui ne tum quidem sine peccandi faciet, quatenus de prauatur, eatenus in brutorum natura suis moribus similem permurari: nec prius a mutationibus laboribūq; cessare, quam illa sibi incitat eisdē ipsis similitēq; naturae cōuersionem fecerit ipse, eiq; subiciēs turbulentos multiplicēque effectus poltea ex igne, aqua, aere, & terra contractos, ratione sedauerit, & ad primū optimūq; sui habitum iam redierit. Quae cum illis ita designauisset, nequa penes se futurae prauitatis causa esset, alios in terram, alios in lunam, alios in alia ad spatio- rum temporis significationem notas constitutas spargens quasi ferebat. Post huiusmodi sementem, quod reliquū erat, diis iunioribus agendum madauit, ut corpora mortalia fingerent, quantumq; esset humanae animae quod reliquū huc deberet accedere, id omne & quae cōsequētia essent, adiungerent regerētque, & quam optimē & pulcherrimē fieri posset mortalis animalis naturam gubernarent, nisi ipsum sibi meti malorū causa esset. Atq; is quidē qui haec cū ita disposuit, ritē in suo habitu permanebat. Quo quidē permanente, eius filij cum parentis ordine cognouissent, eum proximus sequebantur. Itaq; accepto ab illo mortalis animatis immortalis principio sui effectorem imitati, ignis, aeris, aquae, terrae particulas, quas rursus redderet, a mundo mutabantur: easq; inter se copulabant, haud isdem illis indissolubilibus vinculis, quibus ipsi fuerant colligati, sed talibus quae propter paritatem cerni non possent: crebrisq; huiusmodi clausis cōiunctis vnum ex omnibus corpus efficiebant, atque in hoc ipsum tum influente, tum vfluente corpore animae diuinae circuitus illigabant. Itaq; hic circuitus in profundum flumen immergit, neq; tenebant, neq; tenebatur, sed vi facebatur, atq; ferebat. Ex quo factū est, ut totum animal moueretur, sine ordine tamen, & fortuita quadā iactatione. Cui quidem sex peruagari motibus contingit vndiq; per sex loci differentias progrediendi, videlicet autē & retro, ad dexterā & leuam, sursum atq; deorsum. Cū verō plurimum inundaret fluctus atque deflueret vnde animal nutreteret, multo etiam maior a passionibus extrinsecus illatus turbaequebatur, et corpus aliquod ignis exterioris incurrisset offensionem, vel a terrae soliditate, aut aquae humore, aut aeris flatu laesum esset. Porro ab iis omnibus, per corpus motus vsq; ad animā transeunt, qui propterea & initio & nunc sensus cognominati sunt. Hi quidem ab initio cōtinuē multos & maximos motus eient, riuo illo continentur flūete, atq; his fluctibus vehemētē animae circuitus quant. Et circuitū quidem illum eisdē similitēq; naturae in ipso cursu prorsus impediunt: alterius verō circuitū distrahant, vsque adeo, ut dupla illa & tripla vtrinq; disposita interualla tria, medietatēque & colligationes sequeantur, seque altera, seque octaua ratione interiectas, quae dissolui a nullo nisi ab eo qui coniunxit possunt, omni reuolutionis genere torqueant, omneq; anfractus & varietates orbium, quocunq; cōtingere queunt, inducant ita ut ambibus ipsis vix sibi inuicem connexi, ferantur qui dem, sed sine ratione ferantur, tum contra, tum ex obliquo, tū resupina quadā dispositione, ceu si quis caput pro pedibus humi figat, pedes verō pro capite tollat in altū, tunc arbitror tam eius qui sic affectus est, quam eorum qui spectat, dextrae partes sinistrae, & cōtra sinistrae dextrae sibi inuicem esse vidē-

Horum in epyre caelo Cratonis non erat.

Contra

tur. Itaq; cū hoc ipsum exteriue huiusmodi animi quoq; ambitus maxime patiūtur, sit tūc in extrinsecum aliquid eiusdem ipsius vel alterius generis inciderint, falso quid idē alicui sit, quidē alterum ab aliquo iudicant. Idē cogitantes tunc demētētiq; sunt, nec vili preceps & dux in eis tūc est circuitus. Cūq; extra potius sensus pulsauerint animam vehementius, totāq; cum possederint, tūc illi iugati quidē & seruientes dominari vidētur. Quas obres ab initio anima cū mortalibus corporis vinculis includitur, amens efficitur. At postquā nutritionis & augmenti riuus lenius minuitur fluit, animaeq; circuitus tranquillior motu iter suum peragunt, processūq; teporis sedatiores sunt, & in figuram naturae vix cōgruum resituuntur: tunc singulorum circulo- rum directae cōuersiones eiusdem & alterius naturae probē dēcernūt, & hominēq; sic institutum prudentē efficiūt. Quod si quis educationis recte cōnutritionis disciplināq; & eruditionis cōuenientem adiunxerit, morbo grauissimo deuitato sanus & integer prorsus euadet: inuictēq; neglexerit, claudū vitae iter ingressus, tanquā mancus & omnino inuitus rursus ad inferos decidit. Sed haec quidē post ortum contingunt. Nunc vero de prima hominis cōpositione exactius differendum, ac probabilitate monstrandum, qua causa & prouidentia deorum singula mēbra corporis ad singula animae officia sint accommodata. Principiū dij figurā capitis ad rotunditatem mōdi fixerunt, in eōq; duos illos animae diuinos circuitus statuerunt. Est autem caput membrū corporis diuissimū, reliquorūq; membrorū principēs: cui totū corpus connexū diuissime & pariter iusserunt. Excogitauerunt enim motuum omnium quocunq; esse queant, compos id fore. Cū verō inaequalis & aspera, ac partim quidē acclius, partim declius terra sit, si humi caput superpetret, perque terrae superficiē voluere- tur, hos anfractus suo offensionē trāsire non possent. Quod sanē malum ut vitaretur, procerum hunc habitum corporis ad faciliorem progressum dij pro vehiculo capiti subiecerunt. Corpori praeterea quatuor in longū porrecta & flexibilia mēbra annexerunt, quibus faciliē diuina prouidentia moueretur, apprehenderet videlicet obiecta quae, stare, & susteret, perque omnia graderetur caput superne subiens diuissimū faciatissimūque habitaculū. Hic igitur ob causam nobis crura manūque dederit. Anterioris autē partes posterioribus praestantiores & ad imperandum aptiores arbitrat, in anteriorē quoque partē moueri nos ut plurimū voluerunt. Oportebat porro anteriora discreta & dissimilia esse. Quapropter primum globulo capitis facie adiecit, facieq; instrumenta quae admicularent omnia animae prouiderit, assignauerunt. decreueruntque naturale hominis imperiū in hac parte anteriori priorique consistere. Sed ex omnibus facie partibus primi luciferi oculorum orbis coruscant, hac causa dati. Ignis certē illius qui nō vitē quidem, sed illum inādo iuuatē diē inuehit mundo, participes oculorū orbis di fecerūt. Intimum siquidē nostri corporis ignem huius ignis gemanum syncretūque per oculos emanare voluerit, in quibus lenis congestūque vbiq; ignis huiusmodi sit, sed per corū duntaxat solidiorē angustissimū medietatem ignis purior euolat, crassior verō cohibeat. Itaque cum diurnū lumen applicat se visus radio, tunc ea duo inter se similia cōcurrerit atque commixta, quo oculo- rum acies diriguntur, ibi in

Cuius facies niores praedantur.

Caput mēbris diuissimū quatuor.

Proceriora.

De epyre in mai-

vnitasiam domesticis corporis coherere speciem, vbiq; videlicet tam intimi quam externi luminis fit concurfus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandē sortētū, cum quid aliud tangit, vel ipsum ab alio tangitur. motum vnique diffundens sensum efficit, qui visus vocatur. At postquam in noctem discesserit cognatus ignis, visionis radius euanciscit. Nam in aërem sibi dissimilem erupens permutatur atq; extinguitur, cum nullam habeat cum proximo aere, vtpote ignis splendore carente, naturæ communionem idcirco videre desinit, somnūq; inducit. Etenim salubre palpebrarum tegmē dij oculis machinati sunt, quibus obductis vis illa ignis intimi cōuentientia tegminis coarctetur, compressaque interiores molles perfundit & mulcet, quibus relaxatis atq; mollis quies obrepit. Si profundus ob multam quietem motum nos occupat sopor, exigua sequuntur infomnia. Sin vehementiores aliqui motus quasi vigiliarum reliquæ relicti sint, quales quidem & qualibus ex locis hautē reliquæ sunt, talia omniorum simulacra nascuntur, eorumque nobis expergefactis restat memoria. At verò simulacrorum quæ vel in speculis oboriuntur, vel in perspicua leniq; cernuntur superficie, facilis assecutio est. Nam ex vtriusq; ignis tam intimi quam extrā positi cōmunione, eiusque rursus concurfus & congruentia, qui passim terloreniq; corpora accommodatus est, necessarid hęc omnia oriuntur, cum ignis oculorum cum eo igne qui est, & conspectu effusus, circa lene nitidūq; corpus sese confudit. Dextra verò videntur quæ læua sunt, quia contrariis partibus oculorum insolito more contrarias partes attingimus. Respondent autem dextra dextris, læua læuis, quando commixtum lumen ab eo cui permiscetur, transit. Id, cum speculorum læuitas hinc illincque altitudinem assumpsit, & ita dextram oculorū partem in læuam speculi, læuamque in dextram detorsit. Quod si speculum ad vultus longitudinem conuertatur, vultum reddit respiciendum, cum superior luminis pars ad inferiora, inferior verò ad superiora vertatur. Atq; hęc omnia ex eorum genere sunt, quæ rerum adiuuat causas, quibus vt ministris vitur deus ad optimi, quoad fieri potest, ideam perficiendam. Sed existimant pleriq; non adimnicula hęc principalū causarum, sed has ipsas esse omniū causas, quæ frigoris & caloris, rari & densi, cæterorūq; similitum naturam habeant, rationem verò mentēq; nequaquā. Mētē enim à nulla re alia, nisi ab anima possideri conuenit. hęc verò aspectum effugit oculorum. Sed ignis, aqua, aer, ac terra corpora sunt, atque cernuntur. Oportet autem mentis & scientiæ amatorem principales sapientis naturæ causas querere: atq; eas quæ necessarid ab aliis quidem mouentur, alia verò mouent, secundas causas arbitrarī. Quocirca à nobis sic enseo faciēdum, vt de vtriusq; caultrū genere disseramus, separatim autem de his quæ cum intelligentia effectrices sunt pulchrarum rerum atq; bonarum, de iis rursus quæ vacantes prudētia, quodlibet passim sine ordine faciunt. Ac de secundis quidem causis oculorum ad eam vim quam habent conducentibus, satis esse dicere puto. Maximum verò opus cuius gratia vilitur nobis à deo donati sunt, deinceps explicandum censeo. Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionem nobis oculi attulerunt. Nam hęc quæ de mundo disputantur, nunquam inuenta

Horum ex Cicero inuenerunt in hunc referre, vique.

Cur oen li dari ho minibus.

essent, si neq; sidera, neq; sol, neq; cælum suspici potuissent. Cognitio verò diei ac noctis ab oculis orta fecit, vt diuinitatem quadam mensum annorūq; ambitus metiremur, rēpūs cognoscere, vnuerse naturæ ordinem seruetur. Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nihil vnquā maius mortalium generi datum est deorum munere, neque dabitur. Hoc igitur maximum oculorum beneficium esse dico. Minorā alia prætereo. Quibus qui à philosophia alieni sunt, orbi si querantur, frustra querentur. Nobis verò asserendum est ob hanc potissimum rationem deum oculos ge nuisse, vt mentis circuitus qui in cælo peraguntur, intuiti, in vsu redigamus nostræ mētis: cogitationisq; nostræ discursiones illis cognatas, sed perturbatas quodammodo ad illorum tēperiem reuocemus. Et cum illos agnouerimus, & recta ratione secundum naturam præditi singularum ordinē perciperimus, conuersiones dei quæ sine vilo errore aguntur, imitemur, atq; ad earum exemplū discursiones nostræ cogitationis vagas & erraticas componamus. Vocem quoq; auditumq; eiusdē rei gratia deos desisse nobis existimo. Nam ad hęc ipsa sermo pertinet, plurimūq; concludit, omniūq; musicæ vocis vsus harmoniæ gratia est tributus. Atqui & harmonia, quæ motiones habet animę nostrę discursibus congruas atque cognatas, homini prædedit mens videnti nō ad voluptatem rationis experientem, vt nunc videtur, est vnus: sed à musis idē data est, vt per eam dissonantem circuitum animæ componamus, & ad concentum sibi congruum redigamus. Rhythmus quoque ad hoc videtur esse tributus, vt habitum in nobis inmoderatum gratiæq; carentem apertissimē temperemus. Hactenus opera mentis paucis exceptis tractauimus. Oportet autē de his quoque quæ necessitas inuicit, dicere. Mūdi enim huius generatio ex necessitate mētisq; coitu mixta est. Nam cum mēs necessitati dominaretur, propterea quod persuadendo eā ad optimos vt plurimum rerum euctus inducere, ipsaq; hęc ratione cedens sapiētī persuasioni pareret, mundi huius exordia conlitterunt. Oportet igitur eum qui mundi constitutionē verē narraturus erit, erraticæ quæque causę speciem pro naturæ ipsius infinitū miscere. Quod ita comōde fiet, si horum ipsorum conuenienti principio sumpto, sic de his quemadmodū de superioribus ab ipsa rursus origine disseramus. Naturam ergo & passiones ignis, aquæ aeris, atque terrę generationē cæli præcedentes cōsideremus. Nullus profectō ad hoc vsque tempus eorū generationem ostendit, sed quasi notum sic quid sit ignis & reliqua, sic de illis verba facimus, eaque mundi primordia constituimus, cum nec syllabarum quidem, nec diuinitatem vicem tenere apud homines, mendis quoquo modo composites debeant. Nos verò in præsentī nihil de principio vnuerforū, siue principis, siue quomodocunq; alter id appellatur, dicendum putamus. Cui quidem disputationi nihil aliud impedimento est, nisi quod difficile sit præsentī disputandi modo quæ de his videntur exprimeret. Neq; igitur vos id expectabitis, neque ego mihi persuadēdo rectē me cætium opus aggredi puto. Quod autē ab initio dixi, verisimilitudinis vim seruabimus, si debemusq; in rationibus verisimilibus circa hęc assignandis nulli cedere. Atque ita & singula & vnuerse à principio exponemus. Deum igitur etiam nunc disputationi seruatore in primis

De ma. fadi.

Mani. ioma.

Quod i. p. n. & i. a. non sunt vnus hoc ali. quid, sic tale.

Vide v. que ele. mēta v. cāur. n. p. r. o. n. o. m. i. n. i. b. q. u. i. d. e. m. m. o. d. o. s. u. n. t.

Vide v. quæta. analogia. mōditur.

mis oremus, vt nos ex admirabili & insolita expositione ad verisimilem doctrinam traducat, atq; ita instituti disputationē exordiamur. Sed hanc de vnuerse disputationē ad ampliorē diuisione quam supra dicamus. Tunc enim duas in species facta diuisio est. Nūc tertium genus addendum. Duo enim in superioribus sufficiebant. Vnum quidem exemplaris loco, semper idem, soliq; intelligētia comprehendēdū. Alterum simulacrum ab hoc exemplari deductū, generationi oculisq; subiectū. Cum verò duo hęc sufficere putaremus, tertium non adiuuimus. Nūc autem cogere nos ratio videtur, vt difficile & obscuram speciem declarare conemur. Quam igitur vim, quā vt naturam habere putandum: Hęc vtiq; generationis horū omnium receptaculum & quali nutricem esse. Quod quamuis verē dicatur, paulo tamen apertius est dicendū. Ardūm id quidem, eo maxime, quod ad huius rei demonstrationē dubitare prius necesse est & inquirere de igne & reliquis quæ elementa vocantur, quid illorum aquam potius quam ignem, aut aërem potius quam terram, aut certum aliquid vnum magis quam cūcta vocare oporteat. Difficile sanē certum aliquid & firmum de istis asserere. Quōnam igitur pacto, & qua ratione, & quod probabile in huiusmodi inquisitione dicemus? Principid id corpus quod modo aquā nominauimus, quādo in solidam concreuit materā. Ipsa & terra fieri videtur: quādo verò liqueat & diffusit, spiritus atq; aer. Aer exustus ignis efficitur. Ignis extinctus & compulsius factus aer creat. Rursus crassior factus aer, in nebulas nubēque cōuertitur. His etiam magis cōpressis plūuie desiliunt. Ex aqua rursus terra lapidēque gignuntur. Atque ita videmus hęc omnia circuitu quodam sibi inuicē fieri. Formę itaque generationis vicissim tribuere. Quæ cum nūquam eadem appareant permanere, quāsi sine robore redargutionis suspicione poterit istorum aliquid vnum potius quam aliud cerē & firmiter appellare? Nemo cerē. Quare tutissimum in his erit loquendi modus. Hoc quod semper alias alter formatum videtur, & plerūque iuxta ignis effigiem, non est vtiq; ignis hoc aliquid, sed tale, id est ignem quiddam: nec aqua hoc aliquid, sed tale quidd, id est aquę, nec aliud quicquid vclut illam habens stabilitatem. Denique nec pronominibus quidem vllis hęc signāda sunt, quibus in rei cuiuslibet demonstratione, cum hoc vel illud dicimus, vt solemus; fugiūt enim, nec expectant vel eam demonstrationē, quæ hoc, & huius, & huic designat: vel appellationem, quæ de his rāquam de existentibus & stabilibus habeatur. Igitur huiusmodi omnia neque hoc, neq; illud, sed tale potius, aut tale propter similitudinem aliquam appellare debemus. Et ignem quidē vbiq; tale, ac de cæteris quæ gignuntur eodem pacto. At verò illud in quo fieri singula hęc videtur, ac deinde dissolui solūm ijs pronominibus quibus hoc vel illud signamus, appellandum puto. Quale verē quodammodo, calidum scilicet vel album, vel aliquid tale contrarium, vel ex contrariis illud mimimē appellandum. Sed apertius quod volumus exponamus. Si quis enim cūctas figuras ex vna eadēque auri materia factas contineat in alias, & alias reformet, de quæ vna quadam illarum præfens aliquis quid sit querat, verē admodum & tutissimē respondere possumus aurum illud esse: triangulum verē esse, aut aliam figuram earum quæ impressę eo sunt & con-

tinuō permutātur, quasi reuera sint non licet dicere. Sola quippe illa reipsonse tanquam tutissima cōtēti esse debemus. Eadē illa natura quæ cūcta recipit corpora, ratio est idem semper esse dicēdam. Siquidem ex propria potentia recedit nunquam. Suscipit enim semper omnia, nec vllam vnquam vim similem vilo pacto sibi formam contrahit. Omnis sanē natura fictiois subiecta est, agit atque ab ingredientibus, & figurata quodammodo, alias aliter se habere videtur. Quæ verò ingrediuntur, & exeunt, verē ac semper existētium rerum simulacra sunt, miro & vix explicabili modo ab ipsis rebus quæ verē sunt, figurata quemadmodum deinceps narrabimus. Tria in præsentī genera sumenda sunt. Vnum quod gignuntur. Aliud in quo gignuntur. Aliud à quo similitudinem trahit quod nascitur. Idcirco cōparare hęc ita decet. Quod recipit, patri: vnde recipit, patri: naturam illorum mediā, proli. Sed ita intelligēdū est, quōd cum esse debeat effigies rerum omni formatū varietate distincta, nunquam illud ipsum formationis huius gremiū bene citi præparatum, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis quas recepturū est, careat. Nam si erit alcuius eorum quæ in se recipit simile, cum contrariam eius cuius simile est naturam aut aliam profus suscipiet, nequaquam eius similitudinem & effigiem exprimet, cum præ se tulerit suam. Quō fit, vt nullam sibi propriam habeat speciem, quod est omnia genera suscepturū. Vt quæ vnigenita suauiter redolentia cōfectū sunt, humidā materiam quam certo condire odore volūt, ita præparant, vt molorem nullum proprium habeat: & qui materis molibus impressioneque cedētibus figurā imprimere aliquis volūt, nullam omnino priorem in eis figurā apparere patiuntur, sed exactissima quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud quod in omnibus passim æternorum omnium simulacris rectē figurandum est, his omnibus formis natura sua carere necesse est. Quamobrem vnuerū, quod & genitum est, & sensibus omnibus manifestū, matrem ipsam receptaculumque, neque terrā neque aerē, neque ignem, neque aquam esse dicamus, neque rursus ex his aliquid constitutum, aut aliqua ex quibus propriē hęc ipsa subsistunt: sed inuisibilem potius speciem quandam & informem sinum omnium capacem, qui modo quodam ambiguo & vix explicabili diuinx & intelligibilis nature sit particeps. Ipse quidem compræhēdit per se nullo pacto potest: sed quantum ex supradictis naturam eius attingere licet, sic vtiq; reddē possumus dicere: Ignē quidem, partem eius ignitam videri: humectādam verò partem, aquam: Terrā quoque aeremque similitur, qua tenus istorum simulacra suscipiat. Sed de his ita distinguētē ratione considerare debemus, si ne ignis: liquis seorsum à materia ipsa permanens in seipso, & cætera quæ sepe dicimus per seipsa manere: an hęc sola sunt, quæ corporis sensu percipimus, & talem in se continent veritatem, nec vilo pacto præter hęc vlla sunt vsipiam, sed frustra intelligibilem vnuerūque speciem aliquid ponere solemus, nec aliud hęc sunt quā vt vera. Quod quidem neq; ita vel aliter se habere poterē & sine examinatione asserendum, neque ad præsentē disputationē naturæ suæ proxima, alia quoque proluxa, & ad rem mimimē pertinentis addenda videntur. Ea verò circumscriptio quæ breuius magna compræhēdit, admodum opportuna videntur. Ita igitur ipse mēa hęc

Materia vnquam recediā potest.

Que in materia sūt sicut simulacra eorū vtiq;.

Vide vt materia est informis.

Probat breuiter, ita qd.


de re sententiam feram. Si intellectus & vera opinio duo genera sunt, nec esse est huiusmodi species esse, quae per se ipse sint, & intelligetia potius quam sensibus comprehendantur. Sima autem, ut quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia quae corporis sensus attingit, certa habenda sunt. Sed opinio duo esse dicenda, quae foris sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quorum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: & illud quidem semper cum ratione vera, hoc autem sine ratione: illud nulla persuasione mutabile, hoc contra hanc mutationi subiectum. Verum quidem opinionis viri quilibet particeps. Intelligetia vero dii quidem omnes, homines vero pauci admodum particeps sunt. Quae cum ita se habeat, fatari oportet esse specie quae semper eade sit, sine ortu atque interitu, quae nec in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensusque corporis nullo percipiat, atque hoc est quod ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intentionis est proprium. Sed est aliquid post hoc quod cum ipso non ratione, sed no mine convenit, eiusque similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur & sustentatur ab alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursusque inde recedit opinione per sensus comprehendendum. Tertium genus locus est, qui interit quidem nunquam, sed omnibus quae gignuntur, sedem exhibet. hic sine tangentis sensu tangitur, adulterina quadam ratione vix opinabilis. Denique cum ad hunc animo respiciamus, somniamus quodammodo, necessariumque putamus, ut quicquid est, in aliquo sit loco positum, regionemque obtineat aliquam: & quod neque in terra, neque in caelo sit, minimè esse credimus: atque has omnes & similes passiones à perijugis verèque existente natura ipsi huiusmodi somniam occupati fecerunt non valemus. Ideoque nec discernere id etiam possumus, quod imagini quidem postquam ipsam in quo facta est, non ipsius est, sed ea semper alterius fertur simulachrum, non iniuria convenit ut in alio quodam sit, atque ita quodammodo essentia fiat particeps, aliter verò esse nullo modo possit. Et autem quod verè est, vere hæc & exquisita ratio suffragatur, docens quod dum res ita se habet, ut hoc quidem aliud sit, & illud aliud, neutrum in neutro vnaquam factum vnum simul idem & duo fient. Hæc tandem mentis summam sententia sit, esse, & ante caeli ortu ratione triplici fuisse tria hæc, existens, locum, & generationem. Generationis verò neutricem, ignitam & humefactam, terræ item & aeris formas suscipientem, passionemque horum pedissequas perpetuam, omniformem aspectu videri. Verum quia nec similibus, neque ad pondus ex æquatis viribus referta est, nulla ex parte æquilibrium esse, sed inæqualiter vndeque vergentem declinantemque ab illis quidè quae diximus agitari, rursusque ipsam commotam eadem agitare. Quo pulsi concitata in diversa raptari atque discerni, perinde ut quae in frumenti purgatione pilorum instrumentis iactata atque excussa discerni videmus, atque alio solida gravitateque aliò rara & levia ferri. Sic illa tunc quatuor genera ab ipso eorum receptaculo instrumeti illius pistoris instar tumultuante & discernente commota, dissimilia quæque à dissimilibus longe separabantur, similia vero rursus coibant atque idcirco etiam ante mundi exoracionem sedibus diuisa erant, sed neque his ratio incrat, neque modus. At verò ubi cuncta redigi ad modum placuit, deus ignem primò ac terram

Hominis paucos esse intelligetia particeps.

Quod materia est loca.

aëremque, & aqua, quæ quidem elementorum præferantur velutigia, sed ita erat affecta ut par est illa a quibus deus abest, dilinctis figuris, speciebus, & numeris exornavit. Ea vero apud nos sententia semper rata indubitate præ cæteris habeatur, quod deus illa cum talia non essent, quam pulcherrime optime fieri poterat, ordinavit. Nunc iam dispositionem generaturamque ipsorum figurarum demonstrari convenit, nouo quidem, & insinuatō demonstratō genere, sed vobis qui omnes eruditionis ingeritæ vias peragruistis, plano atque perspicuo. Principio quæ ignis, & terra, aqua, & aer, corpora sunt, nemo utique dubitabit. Omnis autem corporis species profunditatem habet. Profunditate vero planis consistere necessarium est. Rectitudo porro planæ basis ex triangulis constituitur, atque trianguli omnes ex duobus initium habent, habentibusque vtriusque rectis angulum vnum, acutos duos. Quorum alter vtriusque anguli recti partem obtinet, æqualibus distinctis lateribus: sed in altero inæqualibus in æqualia distribuuntur. Igitur per rationes probabiles necessitate comunicatas incidentes, ignis cæterorumque corporum huiusmodi ponamus exordia. Superiora vero his horum principia deo nota sunt, atque ei qui dei sit amicus. Videamus igitur qua potissimum ratione quatuor corpora pulcherrima fiant, dissimilia quidem inter se, sed que in se inuicem dissoluantur, & ex se inuicem generentur. Si id comprehendimus, veritatem ipsam de generatione ignis terræque, & eorum que cõpetenti ratione seruata horum media sunt, tenebimus. Tunc enim nemini concedemus dicenti alicubi esse oculis patentia pulcherrima his corpora, quorum quilibet secundum vnum sit genus. Conandum igitur quatuor corporum genera pulchritudine præcellentia constituere, atque ita asserere horum nos natura sufficienter cõprehendisse. E duobus quidem triangulis Isoseales, id est quilibet lateribus constat æqualibus, vnicam habet naturam: id est vtrò altera parte est oblongior, infinitas. Ergo in recte exordiri volumus, infinitorum quoque pulcherrimum prælegere nos oportet. Ac si quis pulchriorem a se electum ad horum constitutionem asserere voluerit, eius non tantquam aduersarij, sed tanquam amici sit sententia potior. Vnum itaque reliquis posthabitis, triangulorum multorum pulcherrimum ponimus, à quo æqualiter triangulus ex tertio consistit. Ratio vero cur ita sit, prolixior esset. At cum qui diligenti discussione ita esse comperit, dulce manet victorie præmium. Propositi sane nobis sint duo è multis trianguli, ex quibus ignis cæterorumque corpora cõposita sunt. Horum vnus Isoseales sit æqualibus lateribus constat triangulus. Alter vero sit ille, qui longius latus semper breuiore latere potètia triplo maius habet. Verum quod securè nimum in superioribus diximus, nunc magis est distinguendum. Videbantur quidè nobis, neque id quidè satis rectè, omnia quatuor genera ex se inuicem generari. Profectò quatuor genera ex triangulis quos elegimus generantur. Tria quidem ex vno, in æqualia habente latere. Quartum verò vnicum ex triangulo Isoseale cõponitur. Nò igitur possunt omnia ita in se inuicem resolui & cõmutari, ut ex multis paruis paucis ingentia vel conuerso efficiantur. Tria certe possunt. Cum enim ex vno hæc facta sint omnia, quando maiora soluuntur, multa exigua ex eisdem constituuntur, paruas congruasque sibi figuras adeptæ. Rursus quando multa per triangulos disperguntur amplifacata,

Dispositio rationis generaturæ.



vnum vnus molis faciunt numerum, magnamque aliam speciem vniam perficiunt. Hæc utique de mutua ipsorum generatione dicta sint hæcenus. Reliquum est ut qualis quæque eorum facta sit species, & ex quibus concurrentibus numeris coaceruata, dicamus. Erit vtriusque prima species, quæ ex paucissimis cõposita fuerit, elementum eius, quod latus oblongius breuiori latere duplo maius habet. Cum verò bini huiusmodi secundum diametrum componantur, tertium id fiat, & diametri latera breuiora in idem quasi centrum ducantur, vnus triangulus æquilater ex triangulis numero sex cõstituitur. Trianguli autem æquilateres quatuor cõpositi secundum ternos planos angulos, vnum solidum faciunt angulum: qui angulum planorum omnium obtusissimum deinceps ortu subsequitur. Atqui triangulis huiusmodi quatuor natis prima solida species totius circumferentis distribuitiva in partes æquales ac similes oritur. Secunda verò ex eisdem quidem triangulis, sed secundum æquilateres triangulos octo constitutus, vnum facientibus solidum angulum ex planis quatuor, factisque sex huiusmodi, corpus secundum absolutur. At tertium ex elementis bis sexaginta copulatis, & angulis solidis duodecim, quorum qui libet quinque planis triangulis æquilateribus continetur, habens, viginti æquilateres bases, nascitur. Iam igitur elementum alterum sic hæcenus ista genuerit. Verum Isoseales triangulus quarti generaturaturam secundum quatuor constitutus, & ad centrum rectos congregans angulos, vnumque quadrangulum æquilaterem facies. Sex verò huiusmodi copulati angulos octo solidos, quorum quilibet per tres planos rectos coaptatus est, effecerunt. Corporis ita constituti figura cubica facta est, sex planos quadrangulos æquilateres bases adeptæ. Est & quinta quædam cõpositio, qua deus ad vniuersi constitutionem est vnus, eaque descripsit & figurauit, quæ contemplatus aliquis non absurde dubitauerit vtrum infinitos esse mundos an finitos existendum sit. Infinitos quidem dicere, illius putabit esse proprium, qui nullam rerum cognitione dignarum peritiam habeat. Sed vtrum vnus mundus an quinque vera nati sint inquirere, minus vtriusque putabit absurdum. Ratio quidem nostra vnus ipsum verissimili probatione asserit esse natum. Alius verò quod ad alia respiciens alter opinabitur. Sed hæc dimittenda sunt. Et iam genera quatuor à nobis paulò antè digelta, in ignem, terram, aquam, aeremque distribuamus. Terræ cubicam speciem assignemus. Nam omnium quatuor maximè immobilis terra est, & corporalem omnium compacta maximè. Tale verò illud præcipue factum esse necessarium est, quod firmissimas tutissimisque possidet bases. In triangulis porro à principio positus, qui æquilateres sunt, firmiter tutior è quæquam inæquilateres basem possident. Et quod ex vtriusque cõpositum est planum æquilateræ æquilateri quadrangulum, certè triangulo tam quo ad totum, quam quo ad partes stabilius necessarium provenit. Quamobrem si cõuenientem probabilemque sequi rationem velimus, terræ tria tribuamus: Aquæ deinde, quod tribus reliquis est immobilis: Igni, quod mobilissimum: Aeri medium. Et corpus quidem minimè igni, aquæ maximè, aeri

medium acutissimum quoque igni, secundum ab hoc aeri, aquæ tertium. Ex his omnibus quod bases paucissimas habet, velocissimum esse necessarium est. Est enim ad penetrandum promptissimum, quippe cum prorsus sit omnium acutissimum. Leuissimum quoque, cum ex paucissimis partibus eisdem constet. Quod secundum est, secundo loco habeat hoc oportet. Tertio tertium igitur secundum rectam probabilemque rationem pyramidis species solida, elementum faciemque sit ignis. Secunda verò generatione speciem aeri, aquæ tertiam tribuamus. De his omnibus adeo paruis ita putandum est, quod si singula duntaxat singulorum generum capiantur, nullum eorum propter paruitatem cerni à nobis poterit: sin multa inuicem congregentur, eorum moles magnitudinemque cernentur. Quinctiam hæc omnia à deo ita vtriusque quoad multitudinem, motus, atque potentias proportionem exactè absoluta connexaque sunt, quæ tam necessitatis natura libens & persuaða capere poterat. Ex omnibus sane quoru genera supra narrauimus, ita merito se res habere videtur. Terra cum in ignem incidit, eius acumine dissoluta fertur resoluta in ignem, aut aerem, aut aquam, & quousque partes ipsius congestæ iterum, sibi inuicem copulatae terram reficiant. Non enim in aliam vnquam speciem transmigraret. Aqua præterea ab igni vel aere diuisa in partes, vnum, partibus suis reconciliatis, ignis coepus, aeris duo facit, portiones verò aeris ex vna dissoluta parte duo ignis corpora facit. Rursus quando ignis ab aere vel aqua vel terra aliqua occupatur, & ipse quidem paucus in multis mouetur, atque in quodam pugnat, iactaturque distrahitur, duo corpora in specie aeris vniam cõcreuerunt, deinde furperato aere atque disperso, ex totis duobus atque dimidio vna aquæ tota species coalescit. Denique sic ea rursus consideremus, quoties ab igne comprehendissimum aliorum genus aliquid angulorum laterisque ipsius acumine scinditur, tum demum discerpi desinit, cum in ignis naturam transierit. Simile enim idemque genus quodlibet à simili eodèque, minimè partium quoque verò in aliud permutatur, imbecilliusque, cum potentiore laetatur, dissoluitur desinit. Rursus quædo minor à multis maioribus circumuenta sunt, & pauca lacerata extinguuntur, cum in vincens ideam cõstitui velint, cessant extingui, sitque ex igni aer, ex aere aqua. Quod si in hæc trinitas fuerit, & aliorum aliquid genus impugnet, nò cessant agrata dissolui prius quam aut omnino cum dissolubilia sint, depulsa ad cognatū refugiant, aut expugnata in vnum quiddam ex multis superant similia tandem euadant, familiariterque cum victore permaneat. Enimvero per has passionem sedes vicissim cuncta cõmutant. Generis namque cuiuslibet multitudines per loci proprium distinguuntur, ob sedes ipsius agitatione. Quæ verò dissimilia inuicè facta sunt, propter fluctum cõuulsionemque ad locum eorum quibus similia euasere, feruntur. Corpora igitur immixta ac prima ex causis huiusmodi fabricata sunt. Quod autem in eorum speciebus alia quoque innata sunt genera, causa est elementis vtriusque: constitutoque non solum ab initio vnum cuius magnitudine triangulum peperit, sed etiam maiora & minora tot quidem numero, quot in speciebus sunt genera. Quapropter mixta hæc in seipsis atque inuicem, infinitam habent vtracitem: cuius peritos esse eos oportet, qui de natura functionem probabilem reddiderunt. Igitur nisi quis quo pacto & cum quibus vna motus & cõ-

statuto fiat certe cōprehēderis, multa disputationi quæ manet à tergo, impedimento futura videntur. De his partim quidem dictū erit partim verò restat dicendū. In ipsa leui planiq; natura motus esse nunquam solet. Nam agitantū absq; agitato, vel agitato abiq; agitato difficile est, imò impossibile reperiri. Motus autē horū omnium minimē est. hęc verò leuia planiq; esse nunquam possunt. Sic itaq; statum quidem in plantis leuitatēq; motū verò in cōtraria semper natura ponemus. In æqualitatē porò naturę huius est causa, quæ leui planiq; cōtraria est. In æqualitatē verò generationem iam tractauimus. Sed quōnā modo singula secundū genera non diuisa moueri inuicē ferrigē definiunt, nequaquā exposuimus. Id ergo deinceps sic explanabimus. Vniuersę naturę circuitus cūm circulari ambitu suo generā cōplexus sit, & secū ipso congređi studet, cōstringit omnia, locūq; vacuū relinquit nusquā patitur. Quocirca ignis per omnia maximē penetrat, deinde aer, vt pote qui ipsi tenuitate est proximus, & alia similitudine deinceps. Quæ enim ex maximis partibus sunt cōposita, vacuitatē quoq; in sua constitutione maximā relinquit, minima cōtrā minimam. Cōditionis autē ipsius angustia, parua in magnorum cōtrudit inania. Quare cū parua magnis infinuata sint, & ipsa quidē parua magna sunt discernant, maiora verò minorā coarctat, omnia sursum deorsum ve in sua loca feruntur. Nam quodlibet mutata magnitudine sedem mutat. Sic vtiq; & has ob causas naturę leuitati cōtrarię semper generatio cōseruata horū motū & in præsentē & in futuro perpetuū exhibet. Post hæc sciendū est quod multa esse ignis genera: flammā videlicet: & quod ab ea est accensum, quod vrit quidem, lumen verò nullum oculis asert: quod ve extincta flamma intra illa que accensa fuerant, remanet. Similiter aeris genus aliud purissimū agilitissimūq;, quem ætherem nuncupant: aliud turbulētissimū, caligine nubiūq; obscurū: aliūq; species sine nomine esse putādum est: propter ipsam triangulorū inæqualitatem. Aquę genera duo sunt præcipua. Vnum humidum, alterū fuisse. Humidū quidem, quia generibus aquę paruis & inæqualibus cōstat, faciliē se seipso & ab alio propter inæqualitatis conditionē & figurę speciem moueri solet. Quod autē ex gradioribus æqualibūq; que & leuib; est cōpositum, stabilis illo. Et graue propter leuē æqualitatem compactum est, sed propter ignis penetrantē dissoluentisq; impetū æqualitate amissa motus sit particeps: factūq; agile mobileq;, à proximo aere pulsum extensūq; per terram duo quedā patitur: nam & liquefcit & in terrā decidit. Primum illud molis purgatio, hoc fluxus cognominatur. Rursus igne hinc euolante, quippe cūm non fiat in vacuum exitus, proximus aer pulsum mobilem adhuc molem humidā in ignis sedes impellit, ipsiq; ipsam cōmiscet. Moles denique cōpūlla iterumq; leuem æqualitatē adepta, cūm ignis inæqualitatis artifex iam abierit, in idē secū coarctatur: atq; ignis abscēssum frige factiōnē, copulā verò cōgressūq; igne abeunte factū, cōglutinationē gēlidāq; rigiditatē vocamus. Ex his verò quas aquas fuisse appellauimus, quod ex tenuissimis leuissimiq; sit densissimū, vni forme, splendidū, flauūq;, pretiosissima res aurū florescens per petrā compactum est. Auri autē ramus propter densitatē durissimus, & nigro præterea colore suffusus, adamās appellatur. Sed q; auro p̄ximas habet partes, plurēq; que

non est ab ique his quibus

Ignis multa genera

Aeris multa genera

Generaciones metallosum, & adamas

vna species cōtinet, auro quoq; densius, & terrene partis pauca tenuisque particeps, adeo vt ætheris durūq; sit, verū ex eo quod interualla intrinsecus habet magna, leuis est, hoc genus niteum concretūq; aquarū vni est, atque æs nominatū. At quando terrena pars huic immixta propter vtilitatē ceteris partibus eius fecerunt, ad extremā quē emissa superferiem per se ipsa aspectū patet, rubigo iam nascitur. Cetera generis eiusdem verissimis rationibus assequi haudquaquam laboriosum est. Quod si quis remittēdi studij gratia, rationibus eorum quæ semper sunt intermissis, considerauerit verisimiles de generatione probationes, atque eiusmodi cōsideratione sine penitentię accessione delectetur, moderatū in vita prudētēq; ludū consequetur. His vtiq; nunc ita cōcessis, deinceps que de eisdem probabilia videbūtur, ita peccurēda videntur. Igni sepe miscetur aqua pars tenuis, atque humida fluidaq; que, sic idē nominata, quia lubrica terra circumfluit: mollis quoq; ob eam causam, quia eius bases minus firmæ stabilēq; quam terræ, faciliē cedunt atq; labuntur. Hęc quādo ab igni destituta, ab aere quoque defuerit, sit leuior, & alienis expressis cogitur in seipsam: atque ita cōpacta, si supra terrā id cōrigerit, gradū fieti in terra, glacies: que quidē tunc sūt, cūm riget coherescitq; maximē gelū: cūm verò minus cōglatur, si supra terrā accidit, nix: si in terra ex rore crassior facta, pruina. Verūm quando plurimæ aquę species inuicē cōmiscēntur, vniuersum aliud genus à terra per arbores stilans liquor humorq; vocatur. Liqueores verò singuli propter mixtionē dissimilitudinē nati, multa quidē alia sine nomine faciunt genera, sed quatuor igneæ species euidentē & perspicuē maximē, fortitè sunt nomina. Quod enim animā simul cum corpore cōsescit, vinū dicitur. Quod verò leue est, discerneritq; visum, ideoq; aspectū splendidū, atque nitēs, & pingue nobis apparet, vincta & olearia species est, p̄x, gummi, & olei, ceteraq; id genus. At quod oris angustos meatus ad penetrabilia vsq; naturę perfundit, hac vi dulcedinē adhibēs, me cōmuniter nuncupatur. Denique quod carnē dissoluit vritq;, & spumū est ex omnibus secretū liquoribus, succus vocatur. Terræ verò species per aquā emergēs hoc modo fit lapis. Congelata enim aqua quando in cōmixtionē deficit, in aeris specie tranfit: hic aer in suum locum recurrit, vacuum autē ipsorum nihil: proximū ergo aere pulsat. Ille si grauis sit pulsus, circumfusūq; terrene molli, vehemētē illudit: scq; ipsum in easle des vnde nouus ascendat aer, conducit. Terra denique ab aere indissolubilitate cū aqua coacta, lapides concreat, pulchriorēs quidem illos, qui perspicuē ex æqualibus planisq; partibus emicant, deformiores verò qui cōtrā. Vbi verò ignis acuminē humor omnis resoluitur, corpusq; illo aridus redditur, ea restat species, quæ solida vocatur fustilisque tellus. Quando que etiā humore relicto, terræque fustili per ignē facta, ac deinde accedente gelū, niger fit lapis, quādo verò idipsum similitèr ex cōmixtionē multo priuatur humore, sed tenuioribus terræ partibus constat, salūq; que est, & semiglaciale fit, petri: aquā emergit, partim quidē olei terræ que purgetur ignis, nitrū dicitur, partim verò quotidianū vitū commodissimū legitimē, sal, deo amicum corpus. At enim cōmūna ex vtriusque, aqua quidē nō solubilia, igne verò propter tale aliquid ita cōglutinantur. Ipsas terræ moles ignis, & aer non liquefacit.

De omni genere, & de aere, & igne

Liquor quoque

Cur ignis calidus & de caliditate

De frigore

De duro & molli

facit. Cūm enim duo hæc tenuissima sint, & vacuitatis terræ minoriora, ita per capacissimos eius meatus sine vlla violentia permanent, vt neq; eam dissoluant, neq; liquefaciant. Aquæ verò partes quia maiores sunt, violento fluxu liquefaciunt. Terram itaq; malē compactā sic sola aqua vi soluit, compactam verò duntaxat ignis: nihil enim præter ignem hanc penetrat. Aqua rursus cōcretionē, violentissimam quidē solus ignis, debiliorē verò vtraque & ignis, & aer dissolunt, aer inquam per vacua, ignis etiam per triangulos. Aerem verò vi cōstricū, nihil nisi per elemētum soluit: sine vi coherentem, solus resoluit ignis. Corpora ex aqua terrāq; ita cōposita vt aqua terræ inania vi coarctata obstruat, sic profus se habēt, vt aqua exterior influere per ea nō possit, ideoq; minimē liquefaciat, sed ignis aquæ meatus penetrans, quemadmodū & aqua terræ inania, atq; ita aquam alieciens vt ignis ærem, cōmuni corpori liquefaciōnis causam præbeat. Hęc verò partim aqua minus habent quam terræ, quæ admodum vtri genus, & lapides illi qui fustiles appellantur partim cōtrā plus aquæ, qualia sunt omnia quæ cōglutinata sunt, ceteraq; euadunt, & vapores emittunt. Hæc enim eas species que figuris, cōmutatio nibusq; inuicē variantur, penē iam demonstrauimus: quas verò ob causas passiones earum nascantur, deinceps demonstrare conabimur. Principio sensum his que dicta sunt, adesse locum oportet. Carnis verò & corū que ad carnem attinent, generationē, animæ quoq; quantum mortale est nondum declarauimus. Sunt enim hæc à passionibus quæcunq; eum sensu sunt, minimē separata, & ille sine his exponi sufficienter nō possunt, simul verò expleri ferme nequeunt. Prima igitur alia ponēda sunt: deniq; que sequuntur, expedienda. Vt ergo deinceps in disputando genera passiones ipse sequatur, prima nobis extent que ad corpus & animam pertinent. In primis qua ratione ignis calidus dicitur, videamus: quod ita demō perspiciemus, si discretionem diuisionēq; ab eo in nostro corpore factā cōsideremus: quod enim acumen quoddam ea passio est, ferme est omnibus manifestum. Tenuitatē verò angularorum laterūq; subtilitatem, paruitatē particulorum, multo velocitatem, quibus omnibus vehemens & penetrans est, velocitēq; quod occurrit, diuidit semper & dissipat, considerare debemus, figurę ipsius generationē memoria repetentes: ea quippe, non alia natura corpora nostra diuidens, & in partes exiguas partiens, merito passionē illam quæ legitime calor nominatur, inducit. Contraria verò huic passio licet cuiq; manifesta, sua tamē explanatione non caret humidā nanq; partes corporum, partibus nostris humidis grandiores, cum in corpus influunt nostrum, minores quidē partes extrudunt, sed in earū sedes sese infinuare nō possunt, humor autē nostrū coagulat, atq; ex inæquali & agitato immobile propter æqualitatē coagulūq; faciunt, inq; angustū cogunt. Quod autē præter naturā coactum est, secundū naturā renititur, scq; reuocat in contrariū. In hac re latione quassationēq; tremor rigorq; que cōsistit, omnisq; huiusmodi passio, frigus, quod ve eam inferit, frigidum nominatur. Durū autem dicimus illud cui caro non cedit, molle quod carni: rēque ipsas inuicem & duras & molles, eadem ratione vocamus. Cedit autem quicquid paruo nititur. Quod verò ex triangularibus basibus firmamentisq; est, vt pote plano vehemētē innixū, reni

titur maximē atq; resistit: quod ve summo opere densum est, contra ventum vehementer repercutit. Graue præterea & leue cū ea natura simul que sursum deorsum ve dicitur, commodissime declabatur. Sed illud dictū absurdum est, esse duo quædam natura loca à se inuicem longè interualla distincta: & vnum quidem deorsum vocari, ad quem locum ea defertur omnia, quæcunq; molem quandā corporis habent: alterum verò sursum, ad quem vni omnia mouentur. Cūm enim cælum omniferotūm sit, quæcunq; à medio aquē distantia extrema facta sunt, similiter esse oportet extrema. Medium quoq; æqualibus lineis ab extremis vndique distans, eregione æquē omnia respicit. Quoniam igitur ita mundus dispositus est, si quis diciturum quicquam sursum esse dixerit vel deorsum, non iniuria errare videbitur. Medium enim locus in ipso, neque sursum neque deorsum dici debet, sed medius. Quod rursus vndiq; circuit, neque medium est, neque partē in se habet aliam ab alia differentem, quod ad ipsum medium, & omnino quicquid sit eregione locatum. Et verò quod ipsi similitudine est, contraria nomina iure nullus attribuit. Siquid enim solidū æquilibratūq; in vniuersi medio sit, ad nullā extremorum partē propter perfectam ipsorum similitudinē declinabit: at si quis circa illud obabulet, sepe sibi met partibus stabit oppositis, eandēq; illius partē, tum sursum, tum deorsum vocabit. Itaq; vniuersum, quemadmodum paulo antē diximus, cū sit rotundū, locū habet superiore vni inferiorē vni prudenē minimē affirmabile. Sed vnde nomina sunt ista, & in quibus ea intuitu ex illis ad mundum totū transtulimus, huiusmodi quædam in primis ponētēs, inuelligemus. Siquis in ea mundi regione quam ve plurimū fortitū est ignis, & ad quam vndique fertur, insideat, vniq; alioquam nascatur, per quam ignis partes arripiat librēque, aur vbi in statera lancibus collocauit, vt deorsum in dissimilem detorqueat ærem, constat planē minorem ignis portionem maiori facilius coactum iri. Vbi enim duo simul vno robore suspenduntur, minus quidem magis, plus autem minus inferenti vni cedit. Et vnum quidem graue deorsumq; ferri dicitur, alterum verò sursum ac leue. Idem nobis terram habitantibus accidit. Nam terræ innixi, p̄tēq; eam gradientes, terrena genera inuicem separamus atq; distinguimus, & sepe terram in dissimilem aerē icimus violenter, præterq; naturam, sepe partes vtriusq; cognatę naturę particeps. Hic portio minor facilius quam maior ad dissimilem locum iacta, prius violentiē cedit, eamq; leuem cognominauimus: & locum ad quem cōpellimus, sursum. Contrariā his affectionem graue quiddam, atque deorsum. Hęc vtiq; differre inuicem necessarium est, propterea quod generum multitudines locum alius contrarium obtinent. Quod enim in alio loco leue est, leui quod in loco est contrario: & graue similitèr graui: & ei quod deorsum dicitur, id quod deorsum: eiq; quod sursum, id quod dicitur sursum: omnia enim hæc transfusa inuicē & cōtraria ac penitus differētia esse fieriq; reperitur. Vnum tamen id de his omnibus cogitandum, quod via gressiōq; singulorum ad simile atque cognatum ferens, graue facit quod fertur: locū verò in quem tale quid fertur, deorsum. Que aliter se habent, aliter efficiunt. Harum igitur passionum huiusmodi quedam dictę sunt causę. Leuis & aspera passio nis causam quilibet intutus aperire alius poterit.

Sursum & deorsum

De leni & aspera

Darties enim hanc inaequalitati permixta, illam vero aequalitas exhibet densitat. Sed earum passionum quae circa totum corpus committere accidunt, ea restat maxima quae voluptatis dolorisque est cauti-
 De volu-
 ptate &
 dolore.

fa in his quae diximus. Similiter quaecumque per corporis partes sentibus patent, doloreque & voluptate sentient. Ita igitur omnia tam sensibilibus quam insensibilibus passionis causas capiamus, in primis memoria repetentes quod de ea natura quae facile mouetur, de qua ea quae mouetur difficile, supra distinctimus. hoc enim pacto ea persequi debemus omnia quae comprehendere cupimus. Quando in id quod facile moueri solet, aliqua vel breuis incidit passio, pars eius quae habet frequentibus partibus vndique passionem ipsam transfundit, quousque ad prudentiae sedem perueniatur. vbi per hos quasi nuncios potentia illius quod passionem intulit, noscitur. Quod vero contra est affectum, & immobile quodammodo permanet, circulaarem illam transfusio nem non habet, & ipsum quidem patitur solum, proxima vero minimè mouet. Quapropter cum partes aliae aliis passionem primam non impertiant, totumque animal hinc minimè agitur, sensus experti id quod patitur extat. Id profecto circa ossa, capillorumque & reliquas partes quae terrena: vel plurimum in nobis sunt, accidit. Visus vero & auditus instrumenta aliter omnino efficiunt, quia illis ignis aerisque vix maxima inest. Quod praeterea ad voluptatem attinet & dolorem, ita consideretur. Passio violenter praeterque naturam abundè simulque nobis illata, molesta fit. Rursus quae in naturam abundè simulque reuertitur, dulcis: quae contra fit, contra. Passio vero magna cui facilitate illata sentitur quidem maximè, voluptatis autem & doloris minimè particeps. huiusmodi sunt, quae ex aspectu proueniunt, cui quidem corpus nostrum cognatum fieri in dies supra narrauimus. hinc enim adulationes sectio nescit & quaecumque passiones huiusmodi, dolorem non inferunt, nec etiam quando in suam speciem fit restitutum, voluptatem. Sensus tamen vehemetes elastissimi, ipsi competunt quatenus aliquid patitur, incurritque in aliud & attingit. Violentia siquidem huius discretioni concretioni nulla penitus inest. Corpora vero ex partibus grandioribus constituta, & vix agenti cecidit, quando motiones illatas in totum corpus traiciunt, voluptates dolorisque continent: quado videlicet suo statu mouentur, dolores: quando redeunt, voluptates. Quaecumque paulatim abscissus euacuationisque sui perpetuantur, repletiones vero simul atque abundè, cum euacuationis quidem sensum habeat nullum, repletionis autè habeant, mortalitate ipsius potentiae dolores nullos, voluptates vero maximas afferunt. Quod ex suauium odorum perceptione cognoscitur. At quae sua natura simul & abundè pelluntur, paulatim vero vix in eam restituntur, contra quam superiora affici solent. hoc planè in secandis vrendisque membris apparet. Iam communes toti corpori passiones, easque inferentium cognomen ferè tractauimus. Nunc igitur eas quae certis nostri corporis partibus accedunt, & vnde proueniunt, quibusue causis inferuntur, pro viribus exponamus. Principio quae supra quando de humoribus agebamus reliquimus, cum linguarum passiones sint, si quomodo possumus declarare. Videntur autè hae quem admodum & alia multa discretionibus quibusdam & concretionibus fieri, ac praeterea leuitate asperitateque magis quam caetera vti. Tenduntur à lingua ve-

nae ad cordis sedem, saporum nuntia: in quas siquae ita incidunt vel humidam carnis molliem penetrantia terrestri sua natura modicè liquefacta, venas ipsas cōtrahant arefaciantque, saporis huiusmodi pariunt. Videlicet si a posteriora sunt, ac cibos acedique: sin aspera minus, austeros. Quae & illas purgant, & siqua linguae inhaerescunt, abluunt, si vltra modum id faciant, naturaeque ipsius non nihil liquefaciant, qualis est in nitro potentia, amara omnia nominantur. Sin autem vim nitro temperatiorem habent, Ieniūque abstergunt, falsa sine amaritudinis asperitate, magisque amica nobis apparent. Quae autem applicata oris caliditati, ab eoque mollita & feruefacta ipsum vicissim feruefaciunt, suaeque leuitate sursum ad sensus capitis eleuantur, suoque attractu singula diuidunt, propter huiusmodi vires acuta vocantur. Quandoque vero haec eadem ex putredine attenuata angustas venas inhaerescunt, coguntque partes interiores tam terrenas, quam quodammodo aereas iactatas iniuicem commiseri, permixtasque circumlabi alias, & alias ingredi, ingressisque suo penetratas concauas tenasque efficere, vbi cōcauas & ampullosus humor aeri circumfunditur, sique humor alias terreas quoquo modo efficit, alias purus, sique ex aqua concaua vaticulum aeri humidum atque clarum. Sed quod ex pura nuntia aqua pellit vndique ampullaque vocatur. Quod autè ex luitulento magis humore simul agitato quidè elatōque & circumtenso conficitur, ebullitio, bulla, fermentumque dicitur. harū omnium passionum causa acida qualitas appellatur. His omnibus quae de his dicta sunt cōtraria passio, à contraria causa proficiscitur. Quando vero ingredientium qualitas humida est: linguae qualitati naturaliter concors & consentanea, ac lenit mollitque eā, contraelamque demulcet asperitatem, & quae in nobis praeter naturam contracta vel sparsa fuerunt, relaxat vel colligit, ac summam naturalem singulis restituit habitum, suae huiusmodi omne amicumque est omnibus, violentarū quoque passionum medicina atque remedium, dulcēque vocatur. Circa natium vim species non sunt. Semigena enim odorum natura. Speciei vero nulli competit odorem vllum habere. Sed nostrae circa hanc venae ad terrae & aquae genera angustiores sunt, ad ignis vero aerisque genera latiores. Quo circa nemo vnam istorum aliquem sensit odorem. Sed in mai defactione quorundam, vel putredine, vel liquefactione, vel euaporatione gignuntur odores. Cum enim in aeream aqua vel aeri in aquam transit, in medio istorum odores sunt, omnique odor aut fumus est, aut caligo. Sed horum quod ex aere mutatur in aqua, caligo: quod verò ex aqua in aeream, fumus. hinc fit in aqua odores tenuiores sint, aere crassiores. Quod maximè perspicuum fit, quando certa quadam re naribus occurrunt aliquis in se ipsum vehementer spiritū retrahit. Tunc sanè nullus simul inlatur odor, spiritus autem ab odore nudus solus sequitur. Dux igitur hae in his varietates absque nomine sunt, nec ex pluribus, nec ex simplicibus speciebus, sed duo ibi nomina tantum manifesta sunt, suae scilicet & molestum. Hoc quidem distubat violatque omnem eam capacitatem, quae à summo capitis vertice ad vmbilicū protenditur. Illud verò eandè mulcet, & amico quodā ingressu naturalē eius seruat habitum. Tertiam praeterea vim sentiēdi, auditū videlicet, ita cōsiderare debemus, vti quibus ex causis passiones eius proueniāt, exponamus.

mus. Omnino igitur vocem ponamus pulsationem quando ab aere, per aures cerebrumque & sanguinem vique ad animā penetrantem. Natam quoque ex ea motionem incipientem a capite, & in sedem iecoris definitentem, auditum vocemus. Motio quidem velox, acuta prouenit: tarda, grauis. Vna x qualis atque leuis, contraria verò aspera. Magna quae multa, parua quae pauca. Harum vocū concordiam consonantiamque in sequentibus declarabimus. Sequitur quartum sentiendi genus exponendum, quod varietatē in se plurimum continet, & quae sub eo sunt, omnia, colores vocantur. Est autem color veluti flammula quaedam fulgoris quae singulis corporibus emanans, partes habens visui ad sentiendum accommodatas. Causas vero ex quibus visus gignitur, supra tractauimus. Nūc de coloribus potissimum hoc pacto probabilia dicenda videntur. Quae ab aliis delata partibus in aspectū cadant, partim minorā, partim maiora, partim visus ipsius partibus aequalia sunt. Aequalia quidem sentiiri non possunt, quae diaphana, id est vtrique perspicua nominantur. Minora verò aut maiora partim discernere, partim cōtrahere visum dicimus, inlatur eorū quae caliditate vel frigiditate carne, aut eorū quae acrimonia vel acumine caliditate linguae cōtrahit vel discernit. Atque ea quae visum sic ahiūct, alba nigrāque vocamus, quae quidē passiones eorū sunt quae modo narrabā, & illorum quidem germana eademque quodammodo, sed in genere alio, diuersa tanquam propter has causas esse videtur. Sic vtrique appellata sunt ista: quod visum disgregat, album, nigrum verò, quod congregat. Motionem profecto acutiore alteriusque generis ignis, incidentē dispergetque visum vsque ad oculos, orbisque ipsos oculorum meatusque: vnde diuerberant liquefacientque, ignē esse dicimus ex opposito obuiant, cuius occurrit lachryma, corpus ex igne & aqua mixtur, effunditur. Et vno quidē igne velut è coruscatione quadam exiliente, altero vero penetrante, & ab humore extincto, varij creatur ex huiusmodi mixtione colores: atque ipsam passionem fulgorem coruscationemque vocamus: quod vnde id facit, splendidum atque coruscum. Horum medium ignis genus ad oculorum humorem perueniens, illique se miscens, minimè quidem coruscum, sed ex ipsa ignei radij ad humorem admixtione, sanguineum creante colorem, rubrum nominamus. Splendidū albumque rubro mixtū flauum procreat. Quo autem mētura modo singula singulis miscatur, etiam si quis nouerit, narrare prudentis non est, praesertim cum neque necessarium, neque verisimilem de his rationē afferre modo possit. Rubrum cum albo nigroque, purpureum generat. Paulo obscurior morcus luteolusque: sic color, quando his iniuicè conflatis adustisque magis est adiuncta nigredo. Fuluum flauū fuscūque temperatione producit. Fuscum vero albi & nigri confusione. Pallorē albi flauique copula generat. Splendidum albo adiunctum plurimūque obscurum nigredine caeruleum efficit. Caeruleum cum albo glaucum creat. Fului nigrique temperie color viridis nascitur. Caetera serme ex his omnia manifesta sunt. Siquis enim superiores mixtiones imitatur reliquos colores exequitur, probabilius rationibus dispartit. At si quis horum discussionem probationemque ope re ipso aggredietur, quod inter humanā diuinamque naturam interit, ignorare videbitur. Nempe deus multa in vno colligere, rursusque vni in multa producere sufficiens est: sic enim simul ac potest. Homo

autem nullus qui alterutrum valeret, aut est nūc, aut vnquam erit. Hae sunt omnia ita tunc naturaliter affecta ex necessitate ille pulcherrimi optimique operis fabricator in his quae gignebantur, assuebat, quando deum seipso sufficienter, & perfectissimum generabat: vens quidem causis ad huc ministris, quod autem bene se habebat, ipse in singulis agens. Duae enim causarū species distinguere decet. Vna quidem necessariam, alteram verò diuinam. Ac diuinam in omnibus quaerere, vt beatā vitam quoad naturae nostrae possibile est, adipiscamur. Necessariam quoque causam illorum gratia perferri. Cogitare enim oportet absque his illa in quibus studij ponimus, non posse intelligi, vel comprehendere, vel quomodo concipi: aliter percipi. Quoniam verò nobis in praesentia vtriusque materiae subiacet, causarum videlicet genera vicem sermè iam preparatae materiae obtinentia, ex quibus est sequens disputatio cōtexenda, rursus ad principij breuitate redeamus, citoque illuc regrediamur, vnde hucusque processimus, atque ita demum sine apicemque disputationi, qualem superiora diximus, imponamus. Quemadmodum ab initio diximus, cum hae ordine carenter, singulis deus, & ad se, & ad alia iniuicem catenus modum rationemque proportionis indidit, quatenus suscipere singula poterant. Tunc profecto nihil erat ordinis, nisi fortè casu aliquo, particeps: nec quicquid tunc aqua, vel ignis, vel aliud aliquod eorū quae modo apud nos nominantur, iure vocandum erat. Verum hae primū omnia exortant, deinde ex his hoc vniuersum cōstituit, animal vni, animalia in se omnia mortalia & immortalia continens. Et diuonem quidem ipse est autor, mortalium verò generationem natus suis tradidit aboluendā. Illi igitur vni imitari parentem, principijque: animae immortalē suscipientes, animā ipsam mortali corpore clausit totūque; corpus animae, quasi vehiculum subdidit, atque in eo alia animae mortali fabricauerunt, quae grauis necessariusque perturbationibus afficeretur. Quarum prima foret voluptas, etiam maxima mali. Dolor deinde, fuga impedimentumque bonorum: Audacia praeterea metusque: consilios amētes: accederet & implacabilis iracundia. Spes etiam blanda conciliatrixque cum irrationali sensu, amorēque omnium inuatore. Illi ergo hae mixtiones necessario mortale genus compoluerunt. Ceterum ne diuinum vlla mortalium contagione, nisi quantum summa necessitas cogeret, pollueretur, corpus ab illo in alia corporis sede mortale collocauerunt: atque à pectore caput, ceruicē & collo interiecto separauerunt. In pectore igitur & thorace mortale genus animae posuerunt: cumque id naturaliter partim melius, partim deterius esset, disposuerunt rursus thoracis capacitatē, discernentemque, sedem tanquam vitorum alteram, alteram fecerunt. Cartilagine enim quateram nomine diaphragma, quod etiā phrenas vocant, inter haec mediā interiecerunt. Partem igitur animae fortitudinis iracundiaque particepsim contentiosamque, capiti propinquo fecere inter diaphragma ceruicemque, mediam, vt hae obediens rationi, vna cum ipsa cupiditatem genus vtilitatis coereat, siquidem rationis in arce capitis habitans iussa cupiditas resipat. Cor verò vcnarum originem fontemque sanguinis per omne corpus impetu quodam manantis in spiratorum regione suspendere voluerunt: vt quido ita vix exardescit, ratione nunciante siquid extrinsecus iniussit fiat, vel

De coloribus.

Duae causae sunt.

Fertur, bator, etc.

Diaphragma.

Car. v. n. d. e. f. g. & h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.

intrinsecus aliqua concupiscentia turbet, tunc celeriter per angustos quolibet meatus quicquid in corpore sensus est paticeps, iusta minaque persentiat, atque ita obediens obsequaturque omnino, toleretque in omnibus praesentissimum illius imperium. Cum vero cognoscerent cor rerum terribilium obiectu trepidaturum, & ira saepius flagraturum, idque opus omne per ignem fore, astus huiusmodi temperandi gratia, pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primum atque exangue, deinde cauis extrinsecus fistulis spongiae instar distinctum, ut spiritu potius hausto cordis ardorem huiusmodi respiracione & refrigerio tepefaciat. Quam ob causam arterias tanquam aqua ductus per pulmonum substantiam decurrunt, eamque cordi, quasi mollem saltum circumdederit, ut quando nimia feruet ira, inde ad faciliore obedientia temperata deferreat, sed atque tumulenti rationi facilius eam ministrare & obsequi valeat. Postremo carni animae partem, quae esculenta & poculenta cupit, & reliqua omnino quibus corpus indiget concupiscit, mediae regione inter diaphragma & vmbilicū applicauerit: ubi quoddam quasi praesepe ad totius corporis alimoniam extare volebant, & ibidem illam vim animae tanquam agreste animal alligauerunt. Hic sanè illam corpus suum alere necessarium est, si quidem mortale quandoque futurum est genus. Ut ergo ad praesepe semper illa pascatur, habitetque procul a consuetore, ideoque illum clamore & strepitu suo minime turbet, sed permittat praecipuum nostri ducem tranquillum in orio communi omnium vitalitati consulere, regionem idcirco inferiorem ipsi habitandam dii dedisse videtur. Quoniam verò videbat deus partem illam animae talem fore, ut rationem non exaudiret: & si quo sensu pulsaretur, nullo modo rationibus obtemperaret, sed simulachris visis, nocte dieque maxime raperetur idcirco natura iocoris procreavit, & in eius habitationem disposuit, densam inquam naturam, lenem, claram, dulcem, & amaritudinis non expertem: ut cogitationum ex mente descendens potentia in ipso iocore velut in speculo figuras suscipiente, aspectuque simulachra reddente, quandoque recepta terreat ipsam, quandoque cognata amaritudinis parte visa, minaque intendens, & toti repente suffusa iocoris felleo terribili: quae coloris asperitatem reddat, ac fibras eius, bilem, eiusque ventriculū, & venas quae porta vocatur, sic afficiat, ut partem ex habitu recto deflectens atque contorquens, partem obtinens & concludens, dolores detrimentaque praebet. At rursus quando maueru dinis ex mente inspiratio contraria visa effingit, amaritudinē quidem sedans ex eo quod aduerfam sibi naturam neque cedere neque attingere velit, dulcedine verò illi ingenita utens, & omnia recta, leuia, libera in ipso digerens: tunc sanè pacatam mansuetamque partem animae in iocore habitantē facit, adeo ut etiam in somno moderatē affecta sit, vaticinioque utatur, quando rationis prudentieque est expertus. Qui enim nos cōposuerunt paterni illius mandati memores, quo mortale genus preceperat quam optimum pro viribus fieri, ita deteriorē nostri partem instituerunt, ut ipsa quoque veritatis foret quodā modo paticeps, siquidem in ea expleri vaticinium statuerit. Quod autē dementiae humane deus diuinandi vim dederit, illud argumentum esse nobis potest, quod nemo dum sanæ mentis est, diuinum & verum vaticinium viliū assequitur, sed cū vel somno prudentie vis praepedita est, vel oppressa morbo, vel diuino aliquo raptu ē suo flatu dimota, fieri diuinatio solet. Prudentis vero duntaxat officium est, quae a fatidico furentis ingenio dormiendo vel vigilando pronūciata sunt, intelligere: & quae cuique vix illuxerint, ratiocinatione ita discernere, ut quae quidque ratione, & cui futurum aliquid, vel praeteritum praesensue bonum vel malum porrendere videatur, explanet. Illius autē qui mansit manēque, adhuc in furore, non est officium quae viderit aut protulerit iudicare. Scitum profecto praesens id dictum: Agere sua, scilicet ipsum cognoscere, solius prudentis hominis est opus. Hinc lex iubet diuini vaticinii iudices praesepe prophetas, quos Vates quidā nominant, ignorantes proflus eos oraculorum visorumque, quae obsecris voluminibus inuoluunt, interpretes esse, nō vates. Quare qui vaticinia iudicant, non vates illi qui, sed, sed prophetae, id est vaticiniorū interpretes pronūciatoresque vocandi. Atque iocoris quidem natura ob hanc causam talis facta est, & in ea sede quae diximus collocata, diuinationis scilicet gratia. Ac tū viuentē vnoquoque talia signa clariora exprimit solent: vita vero priuato, caecitas accidit, nec euidens quicquā sit vaticinij signum. Proximū huic ad finitimum locatum est huius gratia membrū, ut putum hoc semper clarumque reddat, & instar speculi nēs atque perspicuū, ad imaginēque exprimens accommodatum. Quapropter quando propter corporis morbum sordibus iocor abundat, lenis raritas id purgas, eas combibit, cum membrū hoc concouum sit & exangue. Vnde purgamentis impletum excresecit tumēque sanie. Ac rursus cum mundatum corpus est, restitutum in seipsum considerat. Quid igitur anima mortale, quid diuinū habeat, & vbi, & quibulum, & quare haec inter se diducta sint, diximus. At quod reuera ita sit vt diximus, ita demū asseremus, si diuinum confirmaret oraculum: quod verō vensimile sit ita esse, & nūc & deinceps diligētis etiam inuestigatio afferre non dubitamus, atque in praesentia ita sit nobis asserunt. Quod autem haec sequitur, similiter est tractandum. Reliquum est enim quae ratione cetera corporis membra digesta sunt, enarrare. Itaque haec potissimum ratione constare haec decet. Cognoscebant illi profecto nostri generis fabricatores, nos ad cibum potumque intemperatos fore, ac propter ingluuiem plus quam modus aut necessitas postularit, ex his sumpturos. Igitur ne subitopropter morbos interitus proueniret, atque ita imperfectum mox genus mortale deficeret, inferiorem ventrem fabricauerunt ad esculentorum potentiorumque superabundantiam capiendam. Eū praeterea spiritus intelstorum circumplicauerit, ne subito alimenta nobis assumpta delucent, ac rursus noui alimenti consensum necessitas immineret. Ob illam enim inexplabilem perpetuamque voraginem genus nostrum philosophiae multaeque, & moderacionis omnis expertis relictum fuisset, illi partem quae in nobis diuinissima est, minimè oblectum. Oslum verò & carnis cateronimque huiusmodi ita est natura composita. His nempe omnibus medulle generatio initium praebuit. Vincula enim vitae illius, quam anima corpori iuncta ducit, applicata medullae, ex eaque per omne diducta, vincunt sulciuntque corporis nostri constructionem. Ipsa verò medulla est ex alio generata. Sunt quidem trianguli primi quidam & indeflexi, lenēque ad ignis, acris, aquae, terrae exactissimam generationem accom-

Pulmo.

Praxis.

tenet.

Drilem.

De neru.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

De g.

accommodatissimi, ē quorum generibus singulis ducit fecerens singulos, & inuicem cōtemperatos permiscens, totius generacionis mortalium semen-tem, fontemque cōstituit, dum medulla ex his substantiis procrearet. Postea vero serens in ea, animarum generalia gavit. Vigoras praeterea quotēque, & qualescūque ex singulis speciebus adesse medullae oportuit, tot penitus, atque tales fatam in prima illa distributione dedit. Et illam quidem medullae partē, in quam, velut in agrum quendam diuinū semen iaciendū erat, globosam & vndique teretē finxit: atque, id est cerebrum, idcirco voluit nominari, quia vnoquoque animali denique abfoluto, vasculum cerebri capax, id est caput, vocandum erat. Quod autem reliquias mortalesque animae vires comprehensurum erat, rotundis simul oblongisque figuris ornauit, totumque medullam voluit nominari: atque ex his quasi quibusdam anchoris iaciens totius animae vincula, circa illas iam vniuersum nostrū corpus abfoluit, ossiumque, texturam extrinsecus eas fulcivit. Os vero ipsum ita composuit: terram arterens puram lenemque miscuit, addefecitque medulla. Id postea in ignē iecit, deinde in aquam merit, rursus in ignem iterum & in aquam. Atque ita saepe transferens in vtrumque, tale reddidit, ut neutro liquefieri posset. Hoc igitur vsus spazara ossia quasi torno facta cerebrū circumscipit: haec autem angustos reliquit meatus, & circa ceruicis simul dorique medullam ex ipso rotulas vertiginēque effingens, quasi cardines subdidit, ita ut capite per totum protenderet. Sic vtiq; semen omne seruauit, dum lapideo ambitu circūualuit. Articulus in super addidit, alterius ipsius natura vsus in ipsis tanquam media quadam existente potentia motus flexionis gratia. Arbitratus verò ossium naturam aridiore rigidiorēque quam oporteat fore, & cūm ignita euaserit atque etiam frigidata, illisuram corrapturamque cito semen internum, neruorum carnisque genus effinxit: ut neruis quidem membra reliqua vincientibus, intensis remissisque, circa cardines ipsos, corpus omnem ad flexionem tensionemque promptum & agile redderet: caro verò tegmen foret aduerfus frigus atque calorem: & quemadmodum externa corporis fulcimēta solent, ad casus varios munimentum praestant quia talis erat, futura, ut molliter lenitēque corporis cederet. Cui calidum idcirco humorē indidit, ut aestate quidē roscida madidatque extrinsecus, toti corpori domesticum praebet refrigerium, hyeme verò rursus proprio igni exteriorē glaciem moderatē repellat. Hec cūm victor ille nostri corporis cogitaret, mixtionem quadam ex aqua, igne & terra contemperata, & acuto illis salioque fermento adhibito, suae plenam ac mollem carnem confluauit: naturam verò neruorum ex osse & carne nō fermentata vnā ex vtriusque potentia mediā temperauit, flauoque infecit colore. Hinc fit ut carne quidem tenior & aridior, ossibus autem agilior molliorque sit neruorum substantia. His deum medullam simul & ossa deuinxit, & haec omnia carnis cooperuit. Quae igitur ossa animata maximè erāt, paucissimis carnisbus adoperuit: quae verò minime, cōtra plurimas atque crassissimas. Iuncturis insuper ossium, praeterea vbi necessitatis ratio alter postulat, pauca carnes adiecit, ne flexionibus impedimento foret, tardaque ad mori corpora facerent, ne uia quadā solida crassitudine obtusiorique mole sensus acie hebetarent, memoria impedirent,

ingenij acumē obtunderēt. Quamobrem inguinū, tibiurum, iliorum, brachiorum, lacertorum ossa, & cetera omnia quae articulis earent, quae uero intus latentia ossa propter animae paucitatem in medulla, prudenti vacua sunt, multis tunc carnis adoperata. Paucioribus verò quae prudentiam habent, nisi forte carnosā quardā moles propriē ad sensum aliquē aptata sit, qualis est lingua. In ceteris est, vt diximus. Natura enim ex necessitate genita atque nutrita nullo modo os compactum carnemque multam simul & acutum sensum admittit. Maximè namque omnium ea capitis cōpositio habuisset, si vnā concurrere voluissent: genūque hominū pingue, neruosum, robustūque habens caput, vitā duplā, ac etiam multo diuturniorem, validiorem, placidiorē quam nos possedisset. Ceterum nostris illis fabricatoribus de nostro genere cōsultantibus verū diuturnum quidē, sed deterius, an breuioris quidem vite, sed melioris, efficerent, visum fuit vitam breuē meliorēque, diuturnae & deterioris esse omnino anteponeūdū. Itaque caput osse raro texere, sed carnisbus neruisque quia flexiones non erat habiturum, non sulciuerunt. His omnibus de causis caput membris omnibus acutus ad sentiendū prudentiūque, sed imbecillius est constitutum. Neruos autem ob hanc rationem atque hoc pacto deus extremæ parti capitis circūponens, spirinae dorsū esse quadam similitudine circumplicauit, summāque illi maxillas sub vultu deuinxit, reliquos per omnia membra disseminauit, articulo cōnectens articulo. Nostri praeterea illi exoratoribus, oris naturam dentibus, lingua, labiis, ita vt nunc videmus, necessarium simul & optimiorē gratia ornauerunt. Nam ingressum quidem necessarium, egressum verò optimiorū gratia excoctauerunt. Nepe necessarium est quicquid ad alimoniam in corpus admittitur. Verborū autem effluxio ministrat prudentiae, effluxionum omnium optima est atque pulcherrima. Caput praeterea nudo osse relinquit omni alio tegmino delitrum non poterat, propter caloris frigidioris excessum: neque, rursus carnis ponderis praegratū, sensus expertis obtusūque reddēdum erat. Carne igitur non penitus deficiata residuum quod maxime supererat segregatū est, cutis: ipsa circa cerebri humorē sibi ipsi iuncta & germinas caput circumuehit. Humiditas autē sub iuncturas scaturiens irrigauit, compegitque ipsam ad verticem. Iuncturā verò species varia propter circuitionem alimoniarumque potentiam facta est: & his quidem magis inuicem pugnantibus plures, minus verò pauciores. Hanc omnē cutem vndique igne pupogit percussitque deus. Per cutis inde quali fauete rimulas humor effluxit: quodque illic humidū calidūque sincerū erat, abiit: quod verò ex illdem quibus & cutis erat permixtum, emanationis impetu extrā productum, in longum extensum est, tenuitate punctationi penetrationique illi equallem habens. Sed propter tarditatem ad spiritum circūuehit retusum, rursusque sub eodem reuolutū, radices egit. His vtiq; cauis capilli in cute sunt nati, secundū pellis coriaque similitudinem cuti quae proximi, sed propter coagulationē a frigiditate facta diuiores cute atque densiores. Nemp capillus extra cutem productus frigore riguit. Hoc pacto constituta hirfutūque, caput nobis deus instituit, cauis quidem vsus illis quae diximus: tegmen verò ipsum ad cerebri tutelam non carnisbus pōderosum, sed leue esse voluit, quod ad frigidioris calorem in temperie repellendū sufficeret, & sensus acumen minimū

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

De ea.

minimè impediret. Ea verò quæ in digitis est nervi, pellis, & ossis complexio, aridior facta, communi quodam vio durioriq; cutis tegmine est adoperta. Quis quidem accessoria minuatq; causa in his que diximus consistit: principalis autè causa in ea intelligentia quæ id futuræ commoditatis gratia fabricavit. Quod enim ex visis quandoq; mulieres & ceteræ animantes erant futuræ, nostri illi opifices non ignorabant quin etiam quod vnguium vsum bestiarum quoq; multæ ad opera multa erant habituræ, intelligebant. Quapropter homines statim genitos vnguib; armaverunt. Hæc vtiq; ratione & his de causis pelle, capillis, vnguib; extrema membra operuerunt. Quoniam verò partes & membra omnia mortalibus animantis in mutua quadam cognatione genita erant, vitæq; necessarius in igne ac spiritu possidebat, ne animal ipsum ab his resolutum exhaustumq; cito deficeret, hoc diu consilio providere. Quippe humani generis naturam quandam cognatam aliis formis sensibusq; miscentes, quasi animal quoddam aliud plantauerunt. Talia sunt domesticæ arbores, plantæ, semina, quæ constituta nunc cultaq; ab arte mita nobis sunt: quondam verò sine cultura, agrestia. Quicquid enim vitæ est particeps, iure animal nominabitur. Quod autè nunc dicimus, tertie animæ speciei est particeps, quam inter diaphragma & vmbilicum locauimus. Cui opinio, ratio, mens nulla penitus inest. Sensus verò suavis & tristis vna cum cupiditatibus cõuenit. Omnia siquidè cõtinuè paritur. Cum verò in seipso ad semet conuertatur, externiq; respiciat motum, & proprio motu domesticusq; vtatur, idcirco huic naturæ non tribuit, vt quicquam pensi habens suorum aliquid cõsideraret. Quapropter vitæ quidè fungitur, nec est ab animali diuersum, quia verò illa vi qua quid seipsum transfert, orbatu fuit, stetit rigens, & fixum radicibus hæsit. Cum hæc omnia superiores illi nostri ad nutrimentum nobis inferioribus suppeditassent, in nostro corpore quasi quodam horto meatus veluti aquæ ductus varios diduxerunt, vt liquoris deriuatione irrigaretur. Principio meatus occultos sub conflatione cutis & carnis, duas scilicet venas in tergo diuiserunt, secundum geminam corporis ipsius figuram, ad dexteram & sinistram. Hæc vtiq; ad spinam demiserunt, mediamq; medullam genitalem cõprehendere, vt & hæc quam maximè vigeat pullulètque, & vberior hinc ad alia quasi declius effusio, irrigationem æquabilem præbeat. Post hæc partientes circa caput venas, easq; inuicè ex opposito implicantes, partim à dextris ad sinistram, partim à sinistris ad dextram corporis disperterunt, vt capiti ad reliquum corpus vna cum cute connexio foret, postquam neruis quidem non erat circulo quodam secundum verticem comprehensum atque distinctum, atque etiam vt sentiendi vis ab vtriusq; partibus per totum corpus vndiq; demanaret. Hinc verò aquæ ductu hoc ordine deduxerunt: quem planè percipiemus, si hoc inter nos primum affueuerimus. Quæcunq; ex minoribus componuntur maiora detinent: quæ verò ex gradioribus, minora cohibere non possunt. Ignis autem præ ceteris generibus, minutissimis constat particulis. Ideoq; aquam, aerem, terram, & quæ ex his componuntur omnia, penetrat, trãsilitq; vsque adeo, vt nihil ipsum valeat cohibere. Idè quoq; de nostro vtero cogitandum. Nempe cibus & potus ingestos retinet. Spiritum verò & ignem, quia eius compositione reuiores sunt, demorari non potest. His igitur

vtus est deus ad irrigationem ab vtero in venas perficienda. Rete enim quoddam ex aere atq; igne instar gibbose sagene contextit. Vbi duo sunt ad ipsum introitus gibbi conuexa: quorum alterum bifariam bino pulsu iterum implicauit, & ab ipsa gibbi conuexis veluti fines per totum corpus vsque ad texturæ illius extrema circũdant. Interiora igitur ipsius triax omnia ex igne compoluit, conuexa verò & receptaculum ipsum ex aere. Demum hæc assumens in animali formato hoc pacto disposuit. Conuexa quidem in os dimisit. Cum verò conuexum gibbosumq; sit duplex, per arterias alterum in pulmonem vsq; traiecit, alterum circa arterias in vterum. Alterum verò partitus vtranq; illius partem ad fistulas narium communiter auxit, ita vt quado alterum ad os non peruenit, ex hoc ipso omnes illius fluxus meatusq; replentur. Alteram verò gibbositatq; capacitatem circa omnes partes corporis concauas esse voluit. Idque omne aliis quibus in concaua incuruatisq; confluere molliter, quasi aer illic sit, efficit: alias autem cõuexa in curuatisq; ipsa reflueret. Rete verò quoniam rarum sit, corpus penetrare per ipsum, rursusque emergere. Radios autem ignis interiores successione cõtinua subsequi, in vtranq; partem aere trãsente. Idq; donec mortale cõstitit animal, fieri nunquam cessat. Huiusmodi agitationem, merito expirationem respirationemq; nominaram esse censemus. Omne autè hoc opus omnique nostra hæc passio in corpore fit, irrigatione quadam & refrigerio ad vitam & nutrimentum. Quando enim expirante & respirante halitu, ignis simul interior sequitur, perque vterum diffusus poculenta esculètæque offendit, liquefacit, protinus ipsa, partitur in minima, per exitus qua progressio patet tanquam ex fonte quodam educit: in meatus videlicet venarum traiecit quæcunq; exhausta, atq; per corpus quasi vallem venarum diuicta ductit. Sed videamus iterum quibus causis respiratio hunc in modum quem nunc cernimus fuerit instituta. Cuius quidè rei talis erit consideratio. Quoniam vacuum nusquam est, quod quicquam eorum quæ perforantur, ingredi queat, spiritus autem è nobis euolare, cuius constat in vacuum quidem hunc spiritum nõ euolare, sed proximè sibi è sua sede depellere, depulsum rursus illum proximum sibi semper extrudere, ac secundum necessitatem huiusmodi quicquid in sedem illam percutitur atq; impellitur, vnde exclusus est halitus, ingressum illum replensq; halitum ipsum subsequi. Idque totum simul reuolutione quadam, qua nusquam sit vacuum, fieri. Quamobrem cum pectus pulmonèque spiritus efflauerint, mox aere corpori circumfuso meatus corporis penetrare replentur. Aere rursus euolans à corpore aere & emissus anhelitus inspirationem intrò retrahi cogit per oris nariumq; meatus. Causas verò quæ his principiu dant, huiusmodi ponimus. Omne vniuersi huius animal in venis & sanguine calorem quasi fontem ignis aliquem possidet. Idque reti sagene comparauimus, per medium extensum, totumque ex igne cõtextum, cum exteriora omnia ex aere sint. Calorem sanè putandum est naturæ suam in regionem suam extra ad id quod sibi cognatum est emanare. Cum verò dircursiones duæ sint, vna per corpus extra, altera rursus per os ac nares, cum anhelitus ad alia impetum facit detruditurque, alia contrò retrahit atque repercutit. Quod autè retrahitum est, in ignem in currentes calefcit: quod exhalauit, friget. Dum ergo caliditas

permu-

permutatur, & quæ alio tranfitu vtatur, calefcit, ac rursus quod feruet ad naturam suam emigrat, & hæc emigratione alia in aliud iter repercutit, rursusque hæc idem perpetuè agunt, semper, certe anhelitus hic circulo quodam hinc & illinc iugiter fluctuans expirationem & inspirationem continet. Quæ etiam cause passionum quæ ex attracta ampullarum ex corpore a medicis sunt, atq; etiam potionis, & eorum insuper quæ iaciuntur, siue emittantur sublimia, seu deserantur humi, hæc vtiq; ratione tractandæ videntur. Voces præterea, quæcunq; veloces & tardæ, acute & graues audiri solent, alias dissonæ propter motus eius qui in nobis ab ipsis fit, dissimilitudinè, alias propter similitudinem consonæ. Priori enim velociorum quæ cessantes motus, iamque ad simile quiddam progressus, tardiores ipse voces succedentes, hinc, eosq; mouentes, occupant: comprehendentes verò non alium quidem motum iniciendo percutiunt, sed tardioris latioris initium secundum principium velocioris inducunt. Dum verò definitis motionis similitudinem sibi quandam accommodant, vnum ex acuta & graui concentum contèperant. Vnde insipientibus voluptatè, sapientibus gaudium propter diuinæ harmoniæ imitationem in laetionibus mortalibus reperant, tribuunt. Eadem ratio est de aquarum fluxibus, de fulminum impetu, de electri mirabili illo attractu, lapidivæ illius qui Heraclitus nominatur. Reuera nullius horum attractio fit, sed cũ nusquam sit vacuum, & hæc se inuicè pullent, atque repellent, concretæq; & discreta suum locum singula poscant, diligenti haru rerum inuestigatori ex his mutuis passionibus euentus illi mirabiles contingere videbunt. Atqui respiratio, vnde huc digressi sumus, ab his causis, & hunc in modum, vt supra diximus, provenit. Dum videlicet ignis cibos diuidit, eleuatq; intrinsecus affecutus spiritus, ve nas à ventre communi eleuatione huiusmodi replet, ex eo quod attrita inde haurit, & ob hæc rationem per totum animalium omnium corpus alimentorum liquores penitus diffunduntur. Statim verò attrita & cognatis suis ablata partim fructibus, partim gramminibus, quæ deus ad alimentum corporis nostri produxit, colores propter mixturem omnino varios habent: sed plurimos in his rubens præualeat color, cuius natura ex ignis portione & absterfione in humido facta provenit. Præterea eius quod in totum corpus permanat, color, talis aspectu est, qualem diximus. Id sanguinem nominauimus carnium & vniuersi corporis pabulum: vnde irrigatio distributa passim exhausta cunda replet. Maquis autè impletionis euacuationis, vt talis est, qualis in vniuerso cuiuslibet latio, per quam cognatum quodlibet ad seipsum se confert. Quæ enim nobis extrinsecus circũfusa sunt, resoluunt nos assidue, & singulas nostri portiones ad species suas foras emittit. Sanguinea verò in nobis attrita inclusaq; viscibus, vt patet est in quolibet animalis fieri sub celo cõstitutis, totius latationem imitari coguntur. Cum igitur attrita quælibet in nobis cognatum poscant, exhausta quælibet implent. Porro quando abscedit plus quam accesserit, decere scit animal: quando contra fit, arguetur. Recens igitur animalis cuiuslibet compofitio cum nouos velut ex ligneo quodam contextu triangulos habeat, valida quidem eorum structuram possidet: moles autem eius tenerior tota coaluit: quippe quæ ex re-

centiori medulla concreuit nuper, & lacte nutrita est. Suscepit ergo triangulos illos extrinsecus incidentes ex quibus cibi potuque cõstantur, triangulis propriis antiquiores imbecillioresque, juniorum vi peruenit & conterit, & grade animal ipsum reddidit, dom ex multis similibus alia. In quo triangulorum suorum radicem compingimque relaxat, ex eo quod magnis laboribus longo tempore aduersus multa certando fatigata & domita sit, tunc sanè alimenta suscepta in similitudinem suam nõ potest comminuendo redigere, sua verò membra ab ingredientibus facile dissipantur. Hinc iam minui ac deficere omne incipit animal cum superatur, detrimèntumque istud senectus appellatur. Finis verò tunc obuenit, quando triangulorum illorum ex quibus medulla conficitur, olim coaptata vincula, nihil amplius necunt, sed defatigatione iam relaxata nexus animæ deserunt. Anima verò clam secundum naturam cum voluptate protinus euolat. Quicquid enim contra naturam fit, molefium: quod autem pro rei natura, iucundum. Similiter & mors quæ morbi & vulnera intulerunt, violenta est atque molesta: quæ verò senio paulatim ad finem deducente naturaliter surripit, inter omnia mortis generalissima est, & cum voluptate potius quam dolore contingit. Morbi autem vnde nascuntur, quis dubitet? Nam cum quatuor illa sint ex quibus compactum est corpus, Terra, Ignis, Aqua, Aer, horum contra naturam abundantia, defectusque, & ex loco proprio in alienum translatio, per quam quod sibi conueniens est, non tenent, interueniunt quadam seditionem & morbos inferunt. Quando enim præter naturam vnum quodque sit, aut transferitur, calefcit vtique quæ ante frigeant, arida madent, grauèfcit leuia, & cetera omnia similiter permutantur. Solum modo verò idem aliquid sibi met secundum idem, atque similiter & debita proportione seruata accedens & decedens, permittet se idè sibi ipsi sospes inter grumque manere. Quod autem aberrat, siue accedat do seu decedat, mutationes varias, morbos, corruptiones infinitas inducit. Ex secundis quoque compositionibus secundum naturam cõstitutis, secundaria bonæ vel malæ valetudinis coniectura id quærenti cuique dabitur. Cum enim medulla ex illis & os & caro & nerui consisterent, sanguis præterea ex istis quæmuis alio modo concreuit, ceteri quidem euentus plurimi quemadmodum superiora cõtingunt, maximi verò morbi quod grauissimi hoc pacto nascuntur. Quando videlicet ordine cõuerso ista ex se inuicè sunt, proculdubio corrumuntur. Nempe secundum naturam carnes & nerui ex sanguine generantur: nerui quidem à villis & ligamentis propter cognationem, carnes autem à coagulatione quadam eius quod secretu à villis & ligamentis concreuit. Quod rursus à neruis & carnis emanat glutinosum & pingue, simul quidem carnem, vt plurimum ad ossium naturam, ac etiam in ipsum medullam circũdant nutritio exaugerit. Quod rursus per ossium crassitudinem stillat purissimum genus triangulorum, leuissimumque & pinguedine abundantissimum, dum debeat, ex ossibus, atque delabitur, medullam efficit. Quatenus igitur singula hunc in modum sunt, bona valetudo seruatur. Mala verò sequitur valetudo, quando fit contra. Nam quoties aliquata caro tabem rursus transmittit in venas, sanguis vna cum spiritu mul-

Tus

cunq; mathematicis doctrinis operam dat, aut cuius mentis indagatiois vehementius studet, debet etiam motum corporis adhibere, & in gymnastica exercitatione versari. Ac rursus qui summa corpus diligentia formata & roborata, anime quoq; vicilim motus adiungit, musica & omnibus philosophicis studiis vltus, si modo quis iure bonus simul & pulcher sit appellandus. Similiter quoq; partes curate debemus, totius speciem imitari. Cum enim corpus ab increditibus incendatur intus, frigidumve fiat, & iterum ab extremis aridum madidumve reddatur, & que deceps hanc sequuntur perpetiatur, quando quis otium agens corpus motionibus his committit, superatam ab his dissoluitur. At si quis in curando corpore illam imitetur naturam quam altericem vniuersi vobis habuimus, ita vt nunquam torpere permittat, sed moueat semper, iugique agitatione internis externisque motibus secundum naturam vbiq; reseruit, & moderata quadam commotione aberrates passionones, corporisq; partes commotionis ratione seruata vicilim in ordinem redigat & exornet, secundum sermonem illum superiorem quem de vniuerso habemus nequaquam finet inimicum inimico admodum prelaui in corpore morbosq; citere, sed efficit potius vt amicum ad hunc morbo sanantem corporis tuetur. Omnium vero motuum optimus ille est, qui in semet ex seipso fit. Nam & metus, & totius ipsius motioi cognatissimus est. Qui vero ab alio fit, deterior. Deterrimus autem motus, quando iacens & quiete agens corpus, ab aliis secundum partes mouetur. Quapropter purificationum constitutionumq; omnium corporis, quae exercitatione gymnastica fit, saluberrima est. Proximam ad hanc accedit vinctio facilis, siue nauis, seu quouis alio vehiculo peragatur. Tertia commotionis species tunc demum cum summa cogit necessitas, vtilis altere vero nullo modo sanae mentis homini suscipienda. Medicorum illa purgatio est, quae pharmacia, est, et solutius medellis, fieri solet. Morbi enim nisi periculo sissimi sunt, pharmacia irritandi non sunt. Omnis namque morbo rum constitutio animalium naturae quodammodo similis est. Sanè animalium compositio ab ipso generationis exordio certis temporum curriculis terminatur, idq; & genus vniuersum patitur, & animal vnumquodq; ab ortu fatale viuendi spatium in seipso exceptis necessariis passionibus, continet. Etenim trianguli ab ipso initio singulorum vim possidentes vsque ad certum tempus sufficienter ad vsum vitae cohererent, vltra id vita non mini protogatur. Idem quoque constitutionis modus languoribus conuenit. Quos si quis citra fatale temporis cursum pharmacia amputare contederit, est parus ingentes, ex paucis multi euadere consueuerunt. Quapropter diligentia vitus corrigendi & gubernandi sunt morbi, prout cuique datur otium, neq; difficile infestumq; malum pharmacia inuestigandum. Ac de communi quidem animali, & parte illius corpore, qua diligentia regenda & gubernanda sint, vt ratio viuendi seruetur, haec dicta sunt. Ipsum vero quod gubernaturum est, multo magis ac prius ita pro virtutis instructuendum est, vt quam optimè atque pulcherrimè ad regendum sit praeparatum. Exacta quidem huius rei discussio propria sibi & integram disputationem exigeret. Quatum vero forte ad id quo de agimus attinet, si quis per superiorum vestigia gradiatur, non absurdè sic maximè procedendo ad commodum istorum sine perueniet. Sa-

Cuius optimus motus.

De purgationibus.

Diligentia vitus corrigendi morbi.

pein superioribus diximus tres esse animae species in nobis trita iam distributas, singulaque suos motus habere. Itaque nunc pauca concludamus, quae eiq; illarum corpori, & a suis motibus otium agit, imbecillissimam necessariè reddi: quae vero agit assidue, roburissimam. Quapropter danda est opera vt species singulae motus suos inter se moderatos conuenienter tenore conferant. De praefantissima igitur anime nostrae specie ita est sentiendum. Nepe hanc Deus, vt demonem nostrum cuiq; tribuit: hanc in summa corporis arce sedem habere dicimus, atque ad coeli cognitionem a terra nos tollere, tanquam animalia caelestia potius quam terrena semine nata. Quod quidem rectè admodum dicitur. Vnde enim primus animae datus est ortus, inde diuina vis caput radicemque & originem nostram pendente suspensum dens, totum dirigit corpus. In eo igitur qui concupiscentiae & ambitiose iracundiae affectibus explendus incubit, necesse est opinionones omnes mortales fieri, atque cum quam maximè fieri potest, mortalium profusus euadere, cum mortalem naturam pro virtutibus aurerit. At cum qui totus descendit veritatis cupiditate flagrauerit, atque omnem eius operi praecipue in hoc vno impenderit, necesse est omnino, si quidem veritatè attingat, immortalia & diuina comprehendere: & quatenus humana natura immortalitatè assequi potest, eatenus hinc penitus immortalè euadere nulla videlicet immortalitatis parte dimissa, quietiam cum semper diuinè colapsipsumque familiare demonem in se habeat ornatisimum praecipue beatum fore. Cultura autem cuiusque omnino vna est, proprium cuique pabulum motumq; tribuere. Et vero quod in nobis diuinum est, motus cognati sunt, vniuersi ipsius cognationes atque circuitus. Hosi itaque secutum vnumqueque nostrum oportet discursionis lae nostras in capite olim à prima generatione corruptas, per ipsam mundanae harmonie reuolutionis quae intelligitiam ita corrigere, vt intellectus rei intelligentem vim secundum pristina natura similem reddat, per qua similitudinem vitae à Deo optimè nobis propositae, & in presenti tempore, & in futuro finem adipiscamur. Sed iam disputatio illa de vniuerso vsque ad generationem hominum nobis proposita finem penè sum adepta videtur. Caetero vno ad animantium generatione quatenus dicitur ad necessitas postulat, paucis perstringemus. Sic enim modum in hac disputatione tenere sibi quisque videbitur. Verù de his iam ita dicamus. Quicunq; virorum iniusti timidiq; vixerint, quemadmodum probabiles ratio nobis ostendit, in generatione secunda in feminas sunt conuersi. Quo quidem tempore hanc ob causam diu coitus amorem machinati sunt. Igitur in viris vnu quiddam, in feminis alterum vitae & animae composita ita compositurum. Ipsum potus discursum, quo per pulmones potus sub renibus in vesica delectus & spiritus mixtus elisusq; depromitur, diu in fistula modum in compactam medullam à capite per ceruicem & spinam deriuauerunt, quod quidem Spermata, id est semen, in superioribus nuncupamus. Hoc autem vapore animatum ac respirans, qua parte spirat, per eadem vitale effluens desiderium gignit, atq; ita generandi amorem nobis inseruit. Quocirca pudendum naturae in viris instita vis, inobediens rationem, furiosam libidinis violentia subicere sibi cuncta conatur. Yulua quoque matrisq; in feminis eadem ratione

De generatione.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

tionem animalium auidum generandi, quando procul à fetu per ataris florem, aut vltra diutius detinerit, aegre fert moram ac plurimum indignatur. paupisimq; per corpus oberrans, meatus spiritus intercludit, respirare non sinit, extremis vexat angustis, morbis denique omnibus premit, quousque vtriusque cupidò amoris, quasi ex arboribus fetum fructumue producent: ipsum deinde decerpit & in matricem velut agrum inspargunt: hinc animalia primum talia, vt nec propter paruitatem videantur, nec dū apparent formata, concipiunt: mox quae conflauerat, explicant; ingentia intus enutritum, demum educit in lucem, animaliumq; generatione perficiunt. Mulieres hunc in modum & foeminae omnes sunt generatae. Auium autem genus ex nostro ita est apud formatum, vt pro pilis pennas acciperet. In hoc illi homines transeunt, qui simplices & innocentes cū sint, leues tamen sunt, & frustra in rebus sublimibus curiosi: quos adeo fatui sunt, vt oculorum iudicio cōfisi, hoc altissima quaeq; finititer demonstrari posse non dubitent. Gressibilium vero fœrum genus ex his natum hominibus, qui à philosophia penitus alieni ad caelestia nunquam oculos erexerunt, ex eo quod volitionibus illis quae in capite peragi solent, vni nunquam sunt, sed illas animae partes secuti quae in ventre & pedore dominantur. Ex his vtiq; studiis anteriora mēbra & capita ob ipsam cognitionem humi penitus deflexerunt: in longum producum ac diuersum corporis verticem tenere: quod quidem illi propter desideria singulorum collisi sunt & contra ita circuitus: & ideo quatuor pedum ac etiam plurium illi instituta figura, vt insipientioribus vno maiorem ex pedibus multis atque progressu occasione praefert, per quam magis etiam dellectantur ad terram. Eos autem, qui horum insipientissimi erant, corpūque in terram penitus prosternebant, quasi nihil vltra pedibus opus foret, in corpora carentia pedibus & humi serpētia permutarunt. Quartum genus aquaticum est, ex illis natum qui stolidissimi & imperitissimi fuerant, quos nostri illi transformatores pura respiratione dignos idcirco non iudicauerunt, quia propter extremam transgressionem iniquitatem animam impurissimam profusus habebant. Ideo ex tenui ac pura aeris respiratione, in aquae respiratione profundam turbidamq; merferunt. Vnde piscium & ostracum ac denique aquatilium omnium orta est multitudo: in qua certè mutatione illi ex sedium extremarū habitatione, inficitia quoq; extremae dāt pœnas. Hunc in modum & olim & nunc in se inuicem animalia migrant, dum mentis & demētiae iactura vel ademptione mutantur. Iam igitur nostra haec de vniuerso disputatio finem habebat. Mortalia enim & immortalia viuentia mundus hic fortissus, atque inde completus, ita denique factus est visibile visibili comprehendens animal, intelligibilis dei imagō, sensibilis, maxime interminatus, pulcherrimus, perfectissimus, caelum vnum hoc atque vniuentum.

Generatio auium.

Generatio fœrum.

Generatio piscium.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

De generatione.

vt probiq; cōmendat ex multis tum dei, tum naturae, manebit: simulq; componat omnes ne patrie sui ingratis dum vniuerit Atticum iam ortum quem occidit plagam superstitis commemorat, interea docet & omnia domari virtute, & vniuerit virtute praeditus, in occidentibus, id est rebus aduersis, in orientibus, hoc est secundis rebus felicitate gignit. Nec inuria post Timaeum de mundi generatione, legi vult Critianus de antiquitate mundi. Videtur autē neque hinc historia finem imposuisse, neque sequenti hyloriam sub Hermetico titulo promissam composuisse. Hanc autem non solum quidem sed veram hyloriam extitisse, testat. Trimo quidem, quia vbiq; vniuerit fingit aliq; dicit, solum fabulari nominare. Hic vero in antiqua hyloriam aucter afferere. Deinde idem omnino asserit in Timaeo, appellans rem miram quidem sed omnino veram. Et à quibus accepta sit diligenter vt oblique refert, sicut à maioribus suis atque gentilibus. Critias enim hic ab anno Critia, ille vero à Solone patris sui quilibet quoque mādant. Solon ab Aegypsi fuerat doctus Praeterea Proclus Marcellum cuiusdam de rebus Aethiopiis addidit hyloriam in quibus hae manifestissimè cōfirmantur. Aethiopi vbiq; gentis inferit. Et si Platorem nullas hyloriam negat, Porphyrius tamen, Proclus, & ante hoc Origenes allegoria insuper voluit physicam continere. Quos quidem veros si conuenit singula allegoria ad vniuersum accommodare, ab ipso Platone deideantur, in exordio vbi dicitur curiose nimirum in huiusmodi rebus allegorias sub persona Socratis irridere. Verum ne Anaxagorae sensum, quo profusus neglecto nemo si Platonis omnino negligere videatur, Tallas quidem si nomen intelligit hyloriam a praedictis, & septuaginta nomen suae generationis atq; gubernans, & hinc vniuersi figuræ sunt animarum intellectus solo vniuersum, nimirumq; similitudinem. At laetius vero figuræ nimirum generationis fauentium, animarumq; corporibus conuenientiam ad generationis officium totiusq; ornati. Conuenientissimè vero per occidentem, per mare, per insulas, per varias locorum partitiones, ipsa generatio materia multibiq; diuersa significatur. Bellum praeterea sit studiosa cōtentione, per quam superiora nimirum, inferiora sicut inde cōuertit, & animas quasi terra & igni à materia motus segregant. Primum quod & septuaginta ex matre & filio procedunt, intelligit vel ex terra generatam, vel astatu quodam ex priori viuendi formam aliam formam regenerasse. Quingero vero partus, quingero sunt forma corporum, quae in hoc materia vni per vna agitatione copuati, sicut lapides, metalla, plāta, animalia partim ratione caris, partim prada ratione. Decem vero filij sunt, quolibet enim partu gemini cōcreantur. Nōne in quous composito elementali quodam virtus, similique virtus quaedam caelestis infunditur, quam medici virtutem nominant specialem. Ex geminis autem quingero partus decem filij computantur. At quingero zōne siue spirae arcem Nōne vniuersam circūdantes, quingero sunt sphaerarum natura, caelestis, ignea, aerea, aquae, terrea. Partim vero terrenaes aut partim aquaeas, vt statum in rebus significaret & motum. Communis vero per omnes meatus, multum inter se vni significat generatam. Commemorata & metalla, vt per septem metalla septem planetarum influxus intelligamus generatione omnium moderantes. Aurum quidem Soli, Argentum Lunae, Metalla Plumbum Saturno, Electrum Ioui, Ferrum & as Marti, Veneri Placis dicitur. Mercurio Stannum Platonici tribuunt. Mensuraverit carumque numeris partim ex hyloriam, partim ex architecturae ratione ducuntur. Nōnnulli tum operis, tum eloqui gratia deorūque attributionem. Sed de allegoria ferre iam satius, iam vero sic libri huius mysteria confirmemus. Platonius deus quidem alius, vt corā rebus vniat, supercaelestes, alios vero caelestes, & alios subcaelestes esse patet. Et primus quidem filius dei, sequenter vero omnes deorum filios nominat. Rursus in prima amplissima prouidentiam, in secundum minus amplam, in tertio ad angustiora redactam collocant, vti quae iam certis terra plagis verumq; generibus diuina distributione praefinit, quemadmodum, & caelestes alij, alius caeli partibus stellisque praeposuit. Hic ergo subcaelestes dicitur quodam ordine, alij generes alius gubernandas ab initio susceperit. Ab initio inquam vel gentis mundi, vel generis humani regenti. Siquidem post ingentem terreni orbis illusionem, Plato homines arbitratu eius modis deorum opera ex ipsa terra veluti matre diuinitus generari. Post se enim illos gignere per ideam videlicet humanam quae sit. Possit terram parere nouo abudantēque humore persusam, & accedente calore succundam siue post aquarum collisionem sequantur tepidi soles, siue post vlla quada incendia pluuia vni vni affiant. Homines vero à diis & terra procreantur, Hermeto nimirum, qui à parentibus occulta quaedam mentis aduentū per ipsa siue rebus ab initio multa per secula fuerit. Quia vero longo

Tempora a

CRITIAS, VEL, ATLANTICVS. MARCELLI PICINI ARGUMENTVM.

Plato noster officiosissimè patrie suae filius laudauit eum in Menexeno ex rebus contra orientales strenuè gestis. Atq; in Critia, ex rebus contra occidentales strenuè gestis. Atq;